




G. m. p. II

jj 129

G. K. 70

G. K. 70





ΘΕΑΤΡΟΝ

In quo

Maximorum Christiani Orbis Pontificum

ARCHIATROS

PROSPER MANDOSIVS

NOBILIS ROMANVS

ORDINIS SANCTI STEPHANI EQVES

Spectandos exhibet.



R O M Æ,

Typis Francisci de Lazatis . M. DC. XCVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

GREYTON

Printed and Published by

W. G. L. & Co. Ltd.

10, Abchurch Lane, London, E.C. 4.

Telephone: 4000.

Printed in Great Britain.



W. G. L. & Co. Ltd.

10, Abchurch Lane, London, E.C. 4.

Telephone: 4000.



MOREM inter legendum semper tenui, omnia ea, quae ad eruditionem spectant, ac ad librorum, auctorumque cognitionem conducunt, colligere, & in schedis deferre. Genio namque versatili indulgens, horas saepe sepius aliquas in eruditissimis Medicorum Operibus impendere soleo, ex quibus utilitatem, delectationem, doctrinamque percipere valeam. Medicinam etenim, plurimi iugiter feci cum cordatis viris, apud quos magnum sane habet Medicina pondus. Discrepat mea sententia ab illorum pessima, qui pessime de hac pranobili facultate sentiunt; & oppido ridiculi mihi videntur, ac praeue morati, dum maledice nimis, contumelioseque contra Medicinam, Medicosque omnes verba faciunt multa. Ignorant omnino, verum Medicina finem esse non sanare, cum hoc non sit perpetuo datum in potestate Medici, sed apposite facere ea, quae ad sanitatem conducant. Cum itaque summo collegerim studio, quot quot inuenire potui Medicos, qui Pontificibus Summis a medelis extiterunt, Theatrum hoc composui, & foras, alphabetico ordine, emitto, rem gratam, utilem, atque iucundam acturum confidens.

4
sicens. Accipe igitur, Lector, laborem meum, qualiscumque sit, & hos præstantissimos Medicos, variasque eorum notitias ne despicias. Sileant vero qui autumant, & garrunt seminsani obloquutores multi, obscura tantum conditionis, humillimaque sortis homines. Medicinam facere, dum plane, & aperte in hoc Theatro fit. omnibus notum, quos nobilissimi viri, maiorum laude, propriaque virtute, & doctrina commendatissimi, neque infimo, sed summo genere editi, Medicinam faciendo, Medicinam extulerunt, & illustrarunt: hinc insulsam, quam habent sententiam mutent. Qua expiscari mihi datum fuit, ingenue do, da tu veniam, si in re quapiam deficere noscas; nec ulli nato præcluditur occasio aliquid addendi. Vestra denique simi partes Sectatores Medicina, dum vobis exempla imitanda demonstro, me ab calumniatorum, invidentium, aduersantiumque iaculis tuteri. Neque obijciatis vestram in messem desudavisse; ex vestris namque, quod sciam, nullus hactenus simili scriptioni manus apposuit. Meum itaque Opus æqui bonique habeatis. Profecto patet, nullam personarum rationem, aut respectum, me induxisse ad scribendum. Hinc, qua leuiter elucubraui, exactius diligentie vestre prosequenda relinquo.

Egō

E Go infraſcriptus legi Librum, cuius titulus
Theatrum &c. cumque accurate conſideraui,
 & examinaui, & non modo in eo nihil inueni,
 quod dogmatibus Fidei, bonisque moribus con-
 trarium ſit, ſed vbique offendi profundæ erudi-
 tionis, & candoris ingenui indubia argumenta,
 quæ non modo Opus, ſed nobiliſſimum etiam Au-
 thorem ita commendant, vt nobilibus viris in-
 exemplum proponi mereatur, & incitamentum
 laudatiſſimæ induſtriæ. In cuius rei fidem &c. Hæc
 die 9. Iulij 1696.

Guilielmus Teſleus.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſſ. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

Sperellus Ep. Interamnen. Viceſg:

Imprimatur,

Fr. Paulinus Bernardinius Ord. Præd. Sac. Apoſt.
 Pal. Magiſter.

IN-

INDEX CHRONICVS
SVMORVM PONTIFICVM,
QVIBVS
SVBIIIVNTVR EORVNDEN
ARCHIATRI.

NICOLAVS I. Creatus anno Do-
mini 858.

Vrsus.

MARTINVS II. dictus IV. 1281.

Hugo Atratus.

HONORIVS IV. 1285.

Thaddeus Florentinus.

NICOLAVS IV. 1288.

Simon a Cordo.

BONIFACIVS VIII. 1294.

Angelus Camers.

CLEMENS V. 1305.

Petrus Aichspadius.

IOANNES XXI. dictus XXII. 1316.

Dinus del Garbo.

Gentilis Gentilis.

VRBANVS V. 1362.

Guido de Cauliaco.

VR-

VRBANVS VI. 1378.

Franciscus Casinus.

INNOCENTIVS VII. 1404.

Ioannes Casinus.

IOANNES XXII. dictus XXIII. 1410.

Andreas Gamuccius.

MARTINVS V. 1417.

Andreas Gamuccius.

Franciscus Casinus.

EVGENIVS IV. 1431.

Ioannes Baptista Verallus.

Ludouicus Scarampus.

NICOLAVS V. 1447.

Bernardus Garzonius.

Laurentius Rouerella.

Simon Tebaldi.

CALIXTVS III. 1455.

Ioannes Serninus.

Simon Tebaldi.

PIVS II. 1458.

Ioannes Serninus.

PAVLVS II. 1464.

Christophorus Veronensis. 1056

Iacobus Gottifredus. 105

Ioannes Burgius.

Sanctes Floccus.

Sebastianus Veteranus. 207

SIXTVS IV. 1471.

*Benedictus de Nursia.**Honuphrius de Honuphrijs.**Ioannes Philippus de Lignamine.*

INNOCENTIVS VIII. 1484.

Petrus Leonius.

ALEXANDER VI. 1492.

*Alexander de Espinosa.**Gaspar Torrella.**Petrus Pintor.*

PIVS III. 1503.

*Antonius Buonifagni.**Antonius Petrusius.*

IVLIVS II. 1503.

*Gaspar Torrella.**Horatius Lancillottus.**Ioannes Bodier.**Scipio Lancillottus.*

LEO X. 1513.

*Angelus Leonius.**Archangelus Tuti.**Bartholomeus de Pisis.**Bernardinus Speronius.**Clementius Clementinus.**Ferdinandus Siculus.**Franciscus Dandinus.**Hieronimus Sessa.*

HADRIANVS VI. 1522:

Ioannes Antracinus.

CLEMENS VII. 1523.

Andreas Cibbo.

Andreas Turinus.

Franciscus Dandinus.

Ioannes Gamuccius.

Mattheus Curtius.

Paulus Iouius. 179

PAVLVS III. 1534.

Alphonsus Ferrus. 19

Andreas Cibbo. 25

Andreas Turinus. 26

Iacobus Bonacoffas. 102

Ioannes Franciscus Emanuelis.

Silyius Zeffiri.

Thomas Cadimustus.

Tiberius Palella.

IVLIVS III. 1550.

Augustinus Ricchi. 39

Balduinus de Balduinis. 40

Bartholomeus Maggus.

Franciscus Frigimelica.

Hippolytus Saluianus. 95

Ioannes Baptista Cananus.

MARCELLVS II. 1555.

Franciscus Columbus.

B

PAV-

PAVLVS IV. 1555.

Hieronymus Sessa.

PIVS IV. 1559.

*Franciscus Gymnadius. 75**Ioannes Andreas Bianchi. 107**Petrus Antonius Contugius.**Pompeius Barba.**Simon Pasqua.*

PIVS V. 1566.

*Augustinus Baglioni.**Ioannes Franciscus Marenci.**Modestinus Cassinus.**Placidus Fascus.*

GREGORIVS XIII. 1572.

*Alexander Traianus Petronius. pag 14**Constantius Varolius. 39**Franciscus Antracinus.**Ioannes Baptista Seriuftius.*

SIXTVS V. 1585.

*Andreas Baccius. 20 —**Antonius Portus.**Castor Durantes. 35 —**Eliseus Calcagni.**Ioannes Zecchius. 131*

VRBANVS VII. 1590.

Demetrius Caneuarius. 62

GREGORIVS XIV. 1590.

Rodulphus Siluestrius.

INNOCENTIVS IX. 1591.

Innocentius Balduccius.

CLEMENS VIII. 1592.

Hieronymus Cordella.

Hieronymus Prouenzalis.

Hieronymus Rubeus.

Iacobus Bonaventura.

Ioannes Zecchius.

Ioffredus Gambarana.

Iulius de Angelis.

Michael Mercatus.

Nicolaus Masinus.

Rodulphus Siluestrius.

Sigismundus Brumanus.

LEO XI. 1605.

Innocentius Balduccius. 106

PAVLVS V. 1605.

Cinthius Clemens.

Pompeius Caimus. — 173

Victorius Merolli.

GREGORIVS XV. 1621.

Bernardinus Castellanus.

Pompeius Caimus. 194

Vincentius Alfarius Crucius. 229

VRBANVS VIII. 1623.

Ioannes Iacobus Baldinus.

B 2 In-

Iulius Mancinus.

Silvester Collicola. —

Thaddæus Collicola. —

INNOCENTIVS X. 1644.

Baldus Baldi. 41

Gabriel de Fonseca.

Ioannes Iacobus Baldinus.

Ioannes Tiracorda.

Iulius Cæsar Marsella.

Paulus Zacchias. 140

ALEXANDER VII. 1655.

Ioannes Iacobus Baldinus.

Matthias Naldius.

CLEMENS IX. 1667.

Benedictus Rita.

CLEMENS X. 1670.

Floridus Saluatorius. 67

INNOCENTIVS XI. 1676.

Franciscus Santucci.

Ioannes Maria Lancisius.

ALEXANDER VIII. 1689.

Romulus Spezioli.

INNOCENTIVS XII. 1691.

Lucas Tozzius.

Marcellus Malpighius.



13
O E A T P O N

In quo

Maximorum Christiani Orbis Pontificum

A R C H I A T R O S

PROSPER MANDOSIVS

NOBILIS ROMANVS

ORDINIS SANCTI STEPHANI EQVES

Spectandos exhibet.



ALEXANDER DE ESPINOSA, Italus, Romanus, e Castilia tamen oriundus, Alexandri VI. Pont. Max. Medicus, vt in Catalogo Medicorum Romani Collegij testatur, pag. mihi 105. Enituit porro Alexander multæ doctrinæ vir, & promouendæ salutis hominum cupidissimus, excellenti præditus ingenio, alijsque dotibus optimo Medico necessarijs, nulli Medicorum inferior.

Familia de Espinosa non immerito nobilitatis

tis prærogatiua gloriatur, & Alexander fuit maritus nobiliffimæ fœminæ, fororis nempe Dominiçi, ac Andreade de Iacobatijs, ille S. R. E. Cardinalis præftantiffimus, hic Papæ Vicarius Generalis in Vrbe præclarus, vti refert Baldus Baldi in Opere inſcripto Diſcorſo Apologetico del vero Opopoſſamo Orientale pag. 106.

ALEXANDER TRAIANVS PETRONIVS, Italus, e Ciuitate Caſtellana, nobilis Medicus, Philoſophuſque, qui medendi arte ita præſtabat, vt paucos haberet pares, ſuperiorem fortaffe neminem. Medicinam egregie faciendo, ſalutem ægris, gloriam ſibi, famam patriæ, heredibus diuitiâs comparauit abunde. Cum Diuo Ignatio Loiola magnum uſum, amicitiamque contraxit, & in huius Sancti Vita exarata elegantiffime a Io: Petro Maſſeio memoratur Lib. 3. Cap. 7. & Cap. 14. Stomacho aliquando cum laboraret grauiffime Ignatius, ex nimio videlicet hepatis calore, peruerſa curatione eo adductus erat, vt vltimum adefſe diſcrimen omnes intellexerent. Patres itaque conſilio habito, Alexandrum Petronium extemplo acciri iubent. Is vt aſpexit Ignatium, genusque, & ordinem male adhibitæ medicinæ cognouit, ſummaque
indi-

indignatione, prioris Medici inscitiam plane coarguit, & ad rem medicamentis rite adhibitis, Sanctus Pater pristinam valetudinem breui recepit. Ad Alexandrum vero ægrotum visendi causa cum adijisset Ignatius, quamquam alieno tum tempore, tamen pro familiaritate a domesticis introductus, occlusis fenestris in lectulo quiescentem inuenit, & ex tenebris ratus hominem sopori se se dedisse, suspensio vestigio tacitus adrepens, puluino sensim assedit, ac nihilominus Alexander e somno excitatus, & repente vxorem inclamans, quis nouus hic splendor, quæ tanta, inquit, lux cubiculum complet? At illa simpliciter, id quod erat, vnum Ignatium introisse respondit. Tum Alexander vir grauis, & prudens, non dubio argumento Ignatij sanctitatem interpretatus, ex eo die illum tamquam humano fastigio celsiorem, magis magisque suspexit. Petrus Castellus in Opusculo de Abusu Phlebotomiæ, pag. 95. Alexandrum vocat insignem virum, & in medica arte exercitatissimum, præclarissimumque Gregorij XIII. Pont. Max. Medicum, & in Epistola prima de Helleboro pag. 4. eruditissimum, & suo tempore nulli doctrina secundum. Marsilius Carnotus in Commentario de Romani Aeris Sa-

lu-

lubritate , Alexander Petronius , inquit , præter cætera ingenij monumenta , quibus de humano genere meritus est , inter Medicos primas omnium calculis obtinuit . At Alexander scriptis magis suis , quam cuiusquam est oratione illustris . Edidit vti legitur apud Io: Anton. Vander Linden Lib. 1. de Scriptis Medicis , ac Florauantem Martinellum in Opere Roma ex ethnica sacra , cap. 13. pag. mihi 422. 434.

De Vi&tu Romanorum , & de Sanitate tuenda lib. quinque , ad Gregorium XIII. Pont. Opt. Max. His accessere libelli duo de Aluo sine medicamentis mollienda . Roma . In Aedibus Populi Romani . 1581. in fol. Eisdem postea , in italicum sermonem translato a Basilio Parauicino , euulgauit Dominicus Basa impressor Romanus in 4. anno 1592.

Proposita , seu Aphorism. Medicinales CXLIX. Venetijs . Apud Bernardinum Venetum 1535. in 8.

De morbo Gallico lib. 7. Extant tomo 2. Operis de Morbo Gallico , pag. 1. Venetijs , apud Iordanum Zilettum . 1566. in fol.

De Aqua Tiberina . Ad Iulium III. Pont. Max. Roma . 1552. in 8.

Dialogi de Re Medica . Ad Christophorum M. drutium Principem Tridentinum , & Cardinalem .

*nalem. Roma. Apud Valerium Doricum. MDLXI.
in 4.*

Petroniam hanc familiam Romæ firmatam, cognationibus, affinitatibus, fortunæque bonis claram, clariorem æque reddiderunt inter alios

Hyacinthus Petronius, Ordinis Prædicatorum doctissimus alumnus, Sacri Palatij Apostolici Magister, euectus a Gregorio XV. ad Melphitensem Ecclesiam, & ab Urbano VIII. Supremi Inquisitoris in Regno Neapolitano Præfectura decoratus. Conuentum Ordinis Prædicatorum in Ciuitate Melphitensi fundauit, cui redditus perpetuos attribuit. Scripsit, ediditque in lucem Commentaria in Logicam & Physicam Aristotelis. Librum Summularum. De Necessitate præconuersionis aquæ in vinum in confectioe Sanguinis Christi. Celebratur a Vincentio Maria Fontana in Syllobo Magistrorum Sac. Palat. Apost. pag. 155. ac in Opere de Romana Prouincia Ord. Prædicatorum, pag. 325. 344. 362. A Ferdinando Vghello, in Italia Sacra, Tom. 1. col. 990. Ego quoque tractaui olim de eo in mea Bibliotheca Romana, Vol. 1. Centuria 5. n. marg. 28.

Hieronymus Petronius a Gregorio XIII. ex Archipresbytero Cathedralis Ciuitatis Castel-

C

lanæ

lanæ ad Interamnensẽm Episcopatum assumptus, quam Ecclesiam, optimi prudentisque Pastoris fama rexit. De eo laudatus Vghellus in Italia Sacra, Tom. 1. col. 830. Franciscus Angelonus, Historia di Terni, par. 2. pag. 189. Dominicus Mazzocehius, Veio Difeso, par. 2. pag. 37.

Petrus Petronius, vtriusque Signaturæ Referendarius, qui inclaruit inter pijsimos illos, ac præstantes quinquaginta viros, fundatores anno 1593. Congregationis Beatæ Mariæ in Cælum Assumptæ in Domo Professa Romana Ecclesiæ Nominis Iesu. Petri mentionem fecit Iosephus Carpanus in libro, cuius titulus, Racconto della Erezione, & Instituto della Congregazione de' Nobili sotto il titolo dell' Assunta nella Casa Professa delli Padri della Compagnia di Giesù di Roma.

Lucas Antonius Petronius, Eques Ordinis S. Ioannis Baptistæ Hierosolymitani, magnæ expectationis iuuenis, cum maxime ad summam laudem effloresceret immaturæ morte denatus.

Hieronymus huius Equitis germanus frater, viuit Basilicæ Apostolorum Principis Canoniceus, qui prælo dedit Orationem de Christi Domini in Cælum Ascensu habitam in Sacello Pon-

Pontificum Quirinali, pridie Kal. Iunii 1685,
Franciscus Maria alter germanus frater,
Comitis titulo insignitus fulget.

ALFONSVS FERRVS, Italus, Neapolitanus, publicus in patria Chirurgiæ Lector, ac teste Nicolao Toppio in Bibliotheca Neapolitana, pag. 9. Pauli III. Sum. Pont. Medicus. At in Lib. 1. de Scriptis Medicis Io: Anton. Vander Linden dicitur huius Pontificis Chirurgus Primarius. Cui credendum? Cui vis. De sententia non grauabor, nec conquerar. Verum vt se se res habeat, fuit sane Alphonsus acri præditus ingenio, totus ad bonas artes, totusque ad Medicinæ studia se contulit, & Romæ Anatomiam singulari omnium plausu exercuit, & in Romana Vniuersitate docuit. Scripsit ex relatis a supradictis Authoribus.

De Scopletorum, seu Archibusorum vulneribus lib. tres. Corollarium de Scopleti, ac similium tormentorum puluere. De Caruncula, siue Calle, que ceruici vesicæ innascuntur Opusculum. Lugduni. Apud Matth. Bonhom. 1559. in 4. Antuerpie. Apud Arnoldum Coninx 1583. in 4. cum alijs. Tiguri. Apud Gesneros. 1535. in fol. cum Chirurgia Scriptoribus.

De Morbo Gallico, Ligni Sancti natura, & sus-

que multiplici lib. quatuor. Extant tom. 1. pag. 347. Operis de Morbo Gallico. Venetijs, apud Iordanum Zilettum. 1566. in fol.

De Ligni Sancti multiplici medicina. Parisijs. 1542. in 12.

ANDREAS BACCIVS, Italus, Elpidianus, Romanusque Ciuis, Medicus, atque Philosophus celeberrimus, omniscius, & politissimus vir, quem Medicum claruisse Sixti V. Pont. Max. nullum mihi dubitandi locum relinquunt Antonius Posseuinus in Bibliotheca Selecta, Tom. 2. Lib. 12. Cap. 65. Augustinus Oldoinus in libro ms. mihi dono dato, in quo collegit partim italice, partim latine Scriptores permultos Italiae; doctus etenim hic meus amicus, a studijs nunquam feriatu, plurima volumina confecerat, ad ingens exarandum Opus de Scriptoribus Italis omnibus. Carolus Cartharius, summa necessitudine mihi coniunctus, in Opere nondum edito, sed satis noto, inscripto Athenæum Romanum. Ab obliuionis iniuria suum profecto Andreas nomen vindicauit, in Romano Theatro tum medendo, tum scribendo, tum profitendo, cuiusque famam eruditissima ipsius lucubrationes per vniuersum propagarunt: Ianus Nicius Erythræus in Pinacotheca prima, Imag. 79. sum-

summis etiam laudibus Baccium exornauit ; sed modulo consueto , bene primum , mox pessime illi dicendo . Verum enim vero parum Erythræo credendum , facile namque in omnes inuehitur , omniumque fere famam post nonnullas laudes vehementer lædere studuit . Nouissime honorifice de Andrea locutus est Natalis Medaglia in lib. attitulato , Memorie Istoriche della Città di Cluana , detta oggi Terra di S. Elpidio , euulgauitque Andræ Opusculum , quod latebat , prænotatum .

L' Origine dell' Antica Città di Cluana , che hoggi è la nobil Terra di S. Elpidio . In Macerata . Per gli Heredi del Pannelli . 1692. in 4.

Alia tanti viri Opera , ex citatis Authoribus , & ex Io. Anton. Vander Lindende Scriptis Medicis hæc sunt .

Del Teuere libri tre , nè quali si tratta della natura , e bontà dell' Acque , e specialmente del Teuere , e dell' Acque antiche di Roma , del Nilo , del Pò , dell' Arno , ed altri Fonti , e Fiumi del Mondo . Dell' uso dell' Acque , e del beuere in fresco con neui , con ghraccio , e con Salnitro . Delle inondationi , e de rimedij , che gli antichi Romani fecero , che oggidì si possan fare in questa , e in ogni altra inondatione . All' Illustriss. Senato , & Inclito Popolo Romano . In Venetia M. D. LXXVI. in 4.

Di-

Discorso dell' Acque Albule, Bagni di Cesare Augusto à Tiuoli. Dell' Acque di S. Giouanni à Capo di Boue nuouamente venute in luce. Dell' Acetose presso à Roma, e dell' Acque di Anticoli. Con alcune regole necessarie per vsar bene ogni Acqua di Bagno. In Roma. Per gli Heredi di Antonio Blado, Stampatori Camerali. 1567. in 4.

Delle dodici Gioie, che risplendevano nella Veste Sacra del Sommo Sacerdote.

De Thermis Lib. septem. Opus locupletissimum, non solum Medicis necessarium, verum etiam studiosis variarum rerum natura perutile. In quo agitur de vniuersa Aquarum natura, deque earum differentijs omnibus, ac mistionibus cum terris, cum ignibus, cum metallis. De terrestribus ignis natura noua tractatio. De Fontibus, Fluminibus, Lacubus, de Balneis totius Orbis, & de methodo medendi per Balneas: deque lauationum simul. atque exercitationum institutis in admirandis Romanorum Thermis. Venetijs, apud Vincentium Valgrisium. 1571. & 1588. in fol. In hac recentiori omiffæ sunt figuræ. Romæ. Apud Iacobum Mascardum. 1622. in fol.

De Balneis Oppidi Bergomatis Transcheri. Scorsim cum consimilis argumenti libris. Bergomi 1583. in 4.

De Naturali Vinorum Historia, de Vinis

Italiae, & de Conuiujs Antiquorum Libri septem. Accessit de Factitijs, ac Ceruisiis, deque Rheni, Gallia, Hispania, & de totius Europae Vinis. & de omni Vinorum usu Compendiaria Tractatio. Ad Amplissimum S. R. E. Card. Ascanium Columnam. Romae. Ex Typographia Nicolai Mutij. M. D. XCVII. in fol. Francofurti. Apud Nicol. Scheinum. 1607. in fol.

De Gemmis, ac Lapidibus preciosis, eorumque viribus, & usu Tractatus. Italica lingua, conscriptus, in Latīnum vero sermonem conuersus, vtilissimisque annotationibus, & observationibus auctior redditus. a Vvolfango Gabelchouero. Francofurti, apud Matthiam Beckerum. 1603. in 8. Apud Io. Davidem Zumerum 1643. in 8.

De Magna Bestia Alce, eiusque proprietatibus liber. Factus latinus ex italico ab eodem Gabelchouero. Sturgardiae. 1598. in 8.

De Cornu Monocerotis liber. Ex italico, latinitate donatus ab Andrea Marino, & Venetij. 1566. in 4. editus; deinde a Gabelchouero æque latinus redditus. Sturgardiae. 1598. in 8.

De Venenis, & Antidotis $\omega\epsilon\lambda\gamma\omicron\gamma\omicron\mu\alpha$, seu communia praecepta ad humanam vitam tuendam saluberrima. In quibus definitiua methodus Ve-

nenorum proponitur per genera, ac differentias suas, partes, & passiones, præservandi modum, & communia ad eorum curationem antidota complectens. De Canis Rabiosi morfu, & eius curatione. Rome. Apud Vincentium Accolum. 1586. in 4.

Tabula simplicium Medicamentorum. Rome. Apud Iosephum de Angelis. 1577. in 4.

Epistola ad Marcum Oddum De Dignitate Theriacæ. Et altera ad Antonium Portum, quæ nam ratio sit Viperinæ carnis in Theriacæ. Utraque extat cum Opere Marci Oddi De componendis Medicamentis, & aliorum diiudicandis. Patauij, apud Paulum Meicttum. 1583. in 4.

Non semel de Andrea Baccio æque meminit Philippus Maria Boninus in Opere, *Il Teuere Incatenato*, eo quia Baccij sententiæ discrepant a sententijs Bonini in aliquibus de Tiberi fluuio. Eiusdem Baccij quoque laudes non tacuit Franciscus Martius in *Historia Tiburtina*, lib. sexto, pag. mihi 175.

ANDREAS CIBBO, Italus, Perusinus, illustri familia natus, Artium, ac Medicinæ Doctor præstantissimus, prudentia, morum elegantia, ac eruditione carus omnibus; hinc in Medicum Pontificium delectus. Cæsar Crispol-

Crispoltus in Opere Perugia Augusta, lib. 3. pag. 335. scribit *Andrea Cibbo* lesse molti anni *Medicina* nello studio di Perugia, & essercitò con sì chiaro nome, e graue autorità quell' arte eccellentissima, che chiamato in Roma da *Clemente Settimo* con gran stipendio, & entrata annua per se, e suoi heredi, si trattenne a quella Corte. Fu anco accettissimo al Sommo Pontefice *Paolo Terzo Farnese*, il quale nel viaggio, che fece a *Nizza di Prouenza*, lo volle appresso di se, e nell'abboccamento del Papa con l'Imperatore *Carlo Quinto*, & il Re *Francesco Primo di Francia*, egli solo fù eletto ad assistere al conuito fatto a quei gran potentari. Morì in Perugia nel 1576. dell'età sua ottantatre, e fù con solenne pompa riposto nella Chiesa Cattedrale.

Augustinus Oldoinus in Athenæo Augusto, pag. 143. meminit Hieronymi Cibbo Perusini, Causidici, & Poetæ sua ætate clari, tenacissimæ memoriæ, & exquisita omnium scientiarum cognitione locupletis.

Haud pauci etiam huius familiæ viri, Equestris Ordinis insignia adepti sunt.

Prætermittendus minime est Maurus Cibbo Perusinus, Eremita Camaldulensis, virtutum omnium sobole, & vitæ perfectione præ-

D clarus

clarus, qui religiosæ obseruantiaē zelotes eximius, sui Ordinis habenas plus semel sapientissime rexit, & quem laudibus extulit laudatus Cæsar Crispoltus, in laudata Perusia. Augusta, lib. 2. pag. 208.

ANDREAS GAMUCCIUS, Italus, Geminianensis, Medicus. Ioannis XXI. dicti XXIII. necnon Martini III. dicti V. Summorum Pontificum, ex relatis a Ioanne Vincenzio Coppi, de patria optime merito, in Opere Huomini Illustri Sangemignanesi, pag. 192.

Hæc Gamuccia familia illustres admodum peperit viros, ob virtutes, multis decoratos honoribus, vt euidentissime constat ex Historia S. Gemignani eiusdem Coppi, edita Florentiæ anno 1695. apud Cæsarem, & Franciscum Bindi. Inter alios præcipue inclaruit Beatus Michael Gamuccius, Eremita Augustinianus, qui Christi causam contra infideles agens, Martyrium compleuit, palus ab illis enecatus; palus vero momento efflorescens, & Martyrium gloriosum reddidit, in ipso ætatis flore, anno 1526.

ANDREAS TVRINVS, Italus, Piscien-
sis, Philosophiæ, atque Medicinæ excellentia celebratur. Vt habeo ex Ioan. Anton. Vander Linden lib. 1. de Scriptis Medicis, Physi-

cus fuit Clementis VII. & Pauli III. Summorum Pontificum . Insignes habuit Andreas, ac plurimas controuersias de re medica cum doctissimis Medicis, Curtio nempe, Manardo, Brissotto, Montisiano, & alijs. Eius Opera edita fuere Romæ, apud Hieronymum de Cartularijs 1545. in fol. quorum Index est, vt sequitur.

Epistola ad Mattheum Curtium de loco incidenda vena in pleuritide.

Liber de Sanguinis missione in pleuritide contra aduersarium, & Brissottum, & Manardum.

Responsiones libello Matthæi Curtij de sanguinis missione in pleuritide.

De Embrocha, siue irrigatione contra Medicos Florentinos.

De Causis Dierum Criticorum contra excellentissimum virum Hieronymum Fracastorium.

De Bonitate Aquarum, Fontium, & Cisternæ.

An in fluxu muliebri, & sanguinis aquosi superflui menstrualis competat vere prouocantia urinam.

An in omni febre putrida competat phlebotomia.

Epistola ad Clementem VII. de Cæna, & Prandio.

Questio excellentissimi Dini Florentini de Cæna, & Prandio, numquam antea impressa.

Seorsim æque extant.

Defensio contra Marcum Antonium Montisianum Geminsanensem, quod non in omni febre putrida conueniat missio sanguinis. Romæ. Apud Hieronymum de Cartularijs 1549. in fol.

De Curatione Pleuritidis per venæ sectionem. Addita est doctissima eiusdem Epistola ad Mattheum Cursum. Addicta insuper eiusdem de Cæna, & Prandio utilis Disceptatio. Lugduni. Apud Michaelæm Parmanterium. 1597. in 4.

Hippocratis, & Galeni Defensio de causis dierum criticorum, aduersus Hieronymum Fraeastorium. Bononiæ 1543. in 4.

De Embrocha noua, seu Duecia artificiali, qua vtuntur Florentini ad varios morbos. Lugduni. Apud Michaelæm Parmanterium. 1537. in 4.

Responsiones contra Mattheum Curtium; de vena in pleuritide secanda. Bononiæ, 1543. in 4.

Medica Discepratiuncula aduersus opinionem Matthei Curtij de Cæna, & Prandio. Parisiis. Apud Ascencium. 1535. in 8.

Tractant insuper de Andrea Turino, Andreas

Andreas Tiraquellus in Medicorum per alphabetum Nomenclatura , pag. mihi 124. Andreas Baccius in Opere del Teuere, lib. 2. pag. 209. Lepidissimam , argutamque sermocinationem Turini factam cum Paulo Papa III. (fabulabatur etenim cum hoc Pontifice familiaritate summa) lectu, scituq: dignam denarrat Ludouicus Domenichi in Opere inscripto Facetie , lib. 4. pag. mihi 216. quam legere non pigeat.

Nobilem hanc præterea Turinam familiam illustrarunt Balthassar Turinus , Iuris prudentia in Patauina Academia clarus, sub Paulo II. in Poloniam Apostolicæ Sedis Nuncius , sub Sixto IV. eodem munere functus in Pannonia , regnante Matthia Coruino , quo flagitante Sirmiensis Episcopus fulsit , & ibidem defunctus est . In Ecclesia maiori Piscienſi honorario hoc cœnotaphio decoratur .

BALTHASSARI TVRINO DOMINICI FILIO
SERIMIENSI IN PANNONIA
EPISCOPO
PAVLI II. SVM. PONT.
IN POLONIÆ GLESIÆ
ET PRVSIÆ REGNIS
AD ANIMOS ILLORVM REGVM
CONTRA TVRCAS
CÆTEROSQVE
CHRISTIANI NOMINIS HOSTES
CON-

CONFIRMANDOS
ALIISQVE MAGNIS DE REBVS
BIS LEGATO.

SIXTIQVE PONT. IV. IVSSV
AD MATTHIAM CORVINVM
PANNONIÆ REGEM
EODEM LEGATIONIS MVNERE
FVNCTO

ET IN EO MORTVO.

PETRVS TVRINVS PROPATRVO P.
VIXIT ANN. XLVI. OBIIT ANNO
M. CCCCLXXXI. MENSE MARTII.

Balthassar iunior Turinus, Leonis X. Datararius, ac Clementis VII. a Secretis, qui mortalitatem expleuit sub Paulo III. Camerae Apostolicæ Clericus. In eodem templo hoc epitaphio exornatur.

BALTHASSARI TVRINO
LEONIS X. PONT. MAX.
A SVPPPLICVM LIBELLIS
DATARIO

CLEMENTIS VII.

IN OBEVNDIS REBVS GRAVISSIMIS
NVNCIO

PAVLI III. CAMERÆ APOST. VII. VIRO.
ANIMI INTEGRITATE
MORVM ELEGANTIA
ET LIBERALITATE SPLENDIDISSIMO.
IVLIVS TVRINVS FRATRIS FILIVS
PATRVO PIENTISSIMO

POSVIT.

VIXIT AN. LVII. MEN. VII. DIES XX.
OBIIT ANNO M. D. XLIII. ID. OCTOBRIS.

Laurentius Turinus Patriæ Præpositus, qui abdicata Præpositura ad fauorem Andreæ germani fratris, Romam profectus, Vtriufque Signaturæ Referendarius factus, pluribus muneribus egregie functus in Curia, pluribusque Ecclesiasticæ ditionis vrbibus Præfectus datus, Flaminia etiam Prolegatus clauit, mortuus tandem anno 1592.

De his videndus Ferdinandus Vghellus in Italia Sacra, Tom.9. in Appendice.

ANGELVS CAMERINENSIS, Italus ex patria sui cognominis, cuius facta mentio est ab Augustino Oldoino in laudato volumine ms. hisce verbis, *Angelus Camerinenfis; Doctör Medicus absolutissimus, qui magna prosperitate Medicinam fecit, & per annos plures, magno auditorum ne dum plausu, sed fructu docuit. Excelluit Bonifacij Papæ VIII. Medicus, morum modestia, & vitæ temperantia Pontifici gratissimus, teste Angelo Benigno Camerinenfi in manuscripto libro Virorum sua patria illustrium, quem habeo. Elaborauit Angelus*

De Regimine præseruationis a peste lib. 1.

De Præseruatione a venenis lib. 1.

Tra-

Tractat de hoc Medico Ludouicus Iacobillus quoque in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Vmbriæ, pag. 42. & alij apud eundem.

ANGELVS LEONINVS, Italus, Nobilis Tiburtinus, elegantibus literis excultus; Philosophis, ac Medicis instituendum, erudiendumque se dedit, ea quidem ingenij præstantia, vt optimus Philosophus, Medicusque fuerit habitus, nec non, vt refert Andreas Baccius in Opere de Thermis, lib. 5. cap. 10. pag. mihi 266. Leonis X. Pont. Max. Medicus, Archiepiscopusque Turritanus effulserit.

Ex hac Familia (alijs omiffis) prodire Camillus Leoninus, Angeli nepos, Episcopus Tiburtinus, Prolegatus Auenionensis, Legatusque ad Ludouicum XII. Gallix Regem, summa apud omnes existimatione illustris.

Vincentius Leoninus, Angeli frater germanus, Prætorianorum Equitum apud Summos Pontifices Iulium II. Leonem X. Adrianum VI. Clementemque VII. Tribunus.

Vitam viuit in præsentia Ioannes Franciscus Leoninus, qui honestissimum illum in Romana Aula, eorum ordinem tenet, qui a referendis supplicibus libellis, Referendarij appellantur.

Si alia cupis lustrare poteris Ferdinandum
Vghel.

Vghellum in Italia Sacra, tom. 1. col. 221.
 Casparem Aluerum in Opere, Roma in ogni
 stato, par. 2. pag. 98. Michaellem Iustinia-
 num in libro De' Vescou, e de' Governatori
 di Tiuoli, pag. 58. Bonauenturam Theulum,
 in volumine prænotato, Apparato Minorico
 della Prouincia di Roma, lib. 5. cap. 17.

ANTONIUS BVONINSEGNI, Italus
 Nobilis Senensis, inter viros Philosophia, Me-
 dicinaque præstabiles ab Isidoro Vgurgerio
 Azzolino in Opere, Le Pompe Saneli, Par. 1.
 Tit. 17. pag. 524. commemoratus, eximius-
 que Pij III. Pont. Max. Medicus dictus. Plu-
 rimum apud omnes existimatione valuit, ac
 perpetuæ gloriæ memoriam sua virtute con-
 fecutus est.

Permuli sane illustrissimi ex hac familia
 viri alij sunt orti: enumerantur præ ceteris
 ab eodem Vgurgerio

Franciscus Philosophiæ, & Medicinæ Do-
 ctor magni nominis.

Antonius alter, Leonis X. familiaris, atque
 sub Adriano VI. Protonotarius Apostolicus
 de numero participantium.

Spinellus, Beati Ioannis Columbini, Or-
 dinis Iesuatorum fundatoris discipulus non
 degener, mirificæ namque austeritatis, absti-

nentia, & doctrinae laude illuxit, vitæque innocentiam studiosissime coluit, vitamque cum sanctimoniam fama felicissime. suæ Religionis Generalis. conclusit .

Thomas, Ordinis Prædicatorum Theologus insignis, & librorum author .

Hilarius eiusdem Ordinis, Græcarum literarum eruditione ornatus, poeta, & orator præclarus .

Iacobus, poeta æque haud infimæ notæ.

Hieronymus, politioris literaturæ cultor, & carminum artifex egregius, linguæque Etruscæ peritissimus .

Franciscus alter, qui Musas omnes propitias habuit, & familiares, quemque laudatum etiam in Opere, Le Glorie de gl' Incogniti, pag. 149.

Bernardinus, Iuris vtriusque Consultissimus, qui Lucensem, Nolanamque Præturam gessit, & Legationes rite obiit, ac annos triginta Ius Ciuile summo cum præconio Senis publice interpretatus est.

Persius, Flavius, Ioannes Maria, & Ioannes Baptista strenui porro Milites extiterunt.

Hanc profapiam nonnulli cohonestarunt æque Equites Aurati, & Ordinis Sancti Ioannis Baptistæ Hierosolymitani, nec non Ordinis S. Stephani.

ANTONIUS PETRUTIUS, Italus . . .
 . . . Philosophiæ, & Medicinæ Doctor suo
 ævo excellentissimus, celebratus a Baldo Bal-
 di in libro, cuius titulus, Discorso Apologe-
 tico del vero Opobalsamo Orientale, pag. 107.
 atque, vt in volumine Statutorum Collegij
 Medicorum Urbis, pag. mihi 105. Pij III.
 Pont. Max. Medicus fultit.

ANTONIUS PORTVS, Italus, Firma-
 nus, Romanusque Ciuis, stirpis honestissi-
 mæ, Medica, & Philosophica insignitus Lau-
 rea. Tantum doctrinæ præstantia profecit, vt
 Romam cum venisset, statim in pretio fue-
 rit habitus, Medicusque Sixti V. Sum. Pont.
 enituerit, Pontifici admodum carus. Ingen-
 tes heredibus õpes, propria virtute acquisitas
 reliquit. Scripsit

*De Peste lib. 3. De Morbillis lib. 1. Rome.
 Apud Dominicum Basam. 1589. in 4. Hæc est
 editio diligenter emendata, & aucta.*

Est Antonij mentio in lib. 1. De Scriptis
 Medicis Io: Anton. Vander Linden. In libro
 Statutorum Medicorum Collegij almæ Urbis,
 pag. mihi 108. In secundo tomo Epistolarum,
 & Consultationum Medicinalium Horatij Au-
 genij adest Responsum Antonio Porto da-
 tum, pag. 559. Baldus Baldi laudauit Anto-
 nium

nium in Opere , Discorso Apologetico del ve-
ro Opobalsamo Orientale , pag. 107.

Tres. flenit Antonius , magnæ spei filios ,
immature nimis raptos , quorum memoria
in Ecclesia Lateranensi visitur , hac proloquen-
te inscriptione .

D. O. M:

BERNARDINO PORTO
HVIVS ECCLESIAE CANONICO
VTRIVSQ. SIGNAT. REF.
ABBREVIATORI PARCI MAIORIS
PROTONOTARIO APOST. PARTICIP.

QVI

AB IPSA PVERITIA
MAGNUM PIETATIS ET RELIGIONIS.
ALIARVMQVE VIRTVTVM
OMNIBVS SPECIMEN DEDIT.
CVM AD MAIORA PROPERARET
MORTE PRÆVENTVS EST.

ALEXANDRO PORTO VIRO STRENVO
ET ÆCONOMICA LAVDE
IN PRIMIS ORNATO.

FABIO PORTO ADOLESCENTI BONÆ SPEI
ET HVMANIORIBVS LITTERIS
ERVDITO.

ANTONIVS PORTVS PATRITIVS FIRMANVS
ET ROMANVS CIVIS.
PATER MOESTISSIMVS
DVLCISSIMIS FILIIS POSVIT.

VIXIT BERNARDINVS AN. XLII. MENS. II.
DIES XXIII. OBIIT VII. KAL. SEPTEMB.
MDCXVI,

MDCXVI.
 VIXIT ALEXANDER
 AN. XL. MENS. II. DIES XIX.
 OBIIT ID. FEBRVARIJ EIVSDEM ANNI.
 VIXIT FABIVS AN. XVII. MENS. III. DIES XXI.
 OBIIT X. KAL. MAII
 MDLXXIX.

ARCHANGELVS TVTI, Italus, Nobilis Senensis, suauissimis præditus moribus, in quo præter doctrinam virtutes permultæ resplenduerunt. Genio indulgens, Philosophiæ, & Medicinæ deditus, vtramque lauream honorificentissime obtinuit, ac tale in medicando sapientiæ specimen dedit, vt Leo X. Pont. Max. in proprium Medicum delegerit. Plures honoris gradus emensus fuit, vt illegere poteris in Opere Isidori Vgurgieri, nempe, Le Pompe Saneſi, Par. 1. Tit. 17. pag. 524.

Archangelus auus fuit Iulij Tuti Abbat̄is, omni virtutum, disciplinarumque genere illustris, Latinæ, Græcæque linguæ peritissimus, ac Theologi eximij, qui Congregationis Clauorum Senis, in Diui Georgij Templo author pijsſimus extitit. De eo pariter laudatus Vgurgerius, Tit. 14. pag. 383. In prædicta Ecclesia S. Georgij sepultus Iulius, frequenti elogio commendatur.

IVLIO TVTO ABBATI
 OMNI VIRTVTVM
 DISCIPLINARVMQ. GENERE
 PRÆDITO.
 LINGVÆ LATINÆ ET GRÆCÆ
 PERITISSIMO.
 THEOLOGO EXIMIO.
 CONGREGATIONIS CLAVORVM
 IN DIVI GEORGII
 AVTHORI.
 SENIS DEFVNCTO
 SVÆ ÆTATIS ANNO LVII.
 FVLVIVS TVTVS
 PATRVVS EIVS AMANTISSIMVS
 MONVMENTVM HOC EREXIT.
 ANNO DOMINI MDLXXXIV.
 IDIB. IANVARIL.

Prodiit etiam ex hac familia Benedictus Tu-
 ti, Monachus Congregationis Montis Oliue-
 ti, Abbas S. Gregorij de Vrbe, ab Alexandro
 VI. Pont. Max. electus Præceptor Romæ S.
 Spiritus: ita docent Vgurgerius, Tit. 9. pag.
 229. & Gaspar Aluerus in Opere, Della Ro-
 ma in ogni stato, par. 2. pag. 263.

AVGVSTINVS BAGLIONI, Italus, Ale-
 xandrinus, Medicus præcipuus, multiplici
 virtutum sobole nobilis. Rei medicæ ita
 se se applicuit, eoque existimationis peruenit,
 vt magnum fuerit adeptus nomen, magnam-
 que

que gloriam . A Pio V. Pont. Max. inter Bea-
 tos venerato , vt sibi esset a medelis sponte
 accitus fuit , a quo demum a corporum cu-
 ratione , ad animarum curam , Episcopus crea-
 tus , Alexandrinæ Sedi promotus est . Ex Fer-
 dinando Vghello in Italia Sacra , Tom. 4.
 col. 460. & Iuliano Porta , in libro , cuius est
 apographon , Eroi Alessandrini , pag. 254.

Produxit etiam hæc familia teste eodem
 Iuliano Porta , pag. 165. & 188. Manfredum
 Baglioni , qui admodum in via literarum pro-
 cesserat , Musis gratus , Theologusque celebris.
 Literas humaniores publicè cum plausu pro-
 fessus , nonnulla elucubrauit Opera , prosa , &
 carmine , scilicet Odarum , & Hymnorum
 ad imitationem Horatij volumen . Annota-
 tiones in varios authores . In Persium poetam
 Interpretationes . Dominicæ Orationis Ex-
 positionem .

Paulum Baglioni strenuissimum militem ,
 Copiarumque ductorem , rerum gerendarum
 peritia præcellentem . Quantus ideo , qualis-
 que Paulus fuerit , permulta eius facinora pro
 Hispaniarum Rege gesta , & a Iuliano enar-
 rata , nec non honorum gradus , quos con-
 scendit , luculenter ostendunt .

AVGVSTINVS RICCHI, Iulij III. Sum-
 Pont.

Pont. Medicus, vti clare apparet ex quadam Epistola Honorati Fascitelli Ifernienſis, Monachi Caſinenſis, mox Inſulanenſis Episcopi ad Petrum Aretinum, quæ Epistola legitur in Volumine prænotato, Libro ſecondo delle Lettere ſcritte al Sig. Pietro Aretino, pag. mihi 399. Neque alia ad me huius notitia, memoriaque defluxit; autumo tamen egregium, fuiſſe Medicum, ob amicitiam quam cum doctiſſimis viris habebat, nec non quia, teſte Io: Anton. Vander Linden in Appendice de ſcriptis Medicis, Multos Galeni libros tranſtulit: omnes vero ad exemplaria Græca contulit, Annotationes adiecit, quæ excuſæ ſunt Venetijs apud Ioannem Varæum in 8.



BALDVINVS DE BALDVINIS, Italus, Piſanus, ſeu verius de Terra Bargæ, nobili loco natus. Lectiſſimum hunc, ac celeberrimum Philoſophum, & Medicum, in Diuinis Literis æque verſatum, Iulij III. Medicum fuiſſe teſtatur Carolus Carthariuſ in in Syllabo Aduocatorum Sacri Conſiſtorij, pag. 205. Episcopum deinde Marianenſem, mox Auerſanum floruiſſe conſtat, & Ferdinan-

nandus Vghellus de eo tractat in Italia Sacra, Tom. 1. col 556. Tom. 4. col 1397. Inter fuit Balduinus Tridentino Concilio, memoraturque a Michaelē Iustiniano in Indice primo Tridentinæ Synodi, atq; a Sfortia Pallauicino in eiusdem Concilij Hiltoria, par. 2. lib. 9. cap. 13. n. 5.

Emicuit hæc familia iugiter viris litteris claris, & armis.

BALDVS BALDI, Italus, Florentinus, florentissimus profecto Medicus, Romana, Ciuitate donatus, ac in Romana Vniuersitate Lector insignis, mox Canonicatu Liberianæ Basilicæ exornatus, *qui cum ad id honoris, & commodi peruenisset* (sunt verba Iani Niciij Erythræi in Pinacotheca 3. Imag. 62.) *quo non altius vota Medicorum ascendunt, nimirum ut Summi Pontificis Medicus fieret* (idest Innocentij X.) *non ita multos post menses est mortuus, morbi cuiusdam malignitate, cui non potuit obsisti, ex eo, ut tum erat fama, contracti, quod noua illi vita ratio fuerat in eunda, & vetus sui assueuerat, relinquenda. Necessē enim erat ei, qui certum vitæ genus sequebatur, quotidie ad medias noctes euigilare, & canare, & interdū, vespere iam apparente, prandere, atque alia insuper incom-*

moda, quæ fert Aula subire. Magna erat apud Medicos suos equalis doctrina, & ingenij existimatione, ac laude, & eximie ab omnibus laudabatur. Alia scribit Erythræus, solito tamen modulo, quæ videre, si lubet, poteris. Joannes Benedictus Sinibaldus in lib. 3. Geneanthropicæ, Tract. . 1. Cap. 17. col. mihi 349. ait Baldus ex Urbis Medicis Coriphæis: unus, prudentia, ac doctrina multiplex, in Romano Archigymnasio Practicæ Medicinæ Professor, omnium, & meo in primis calculo celeberrimus, disertissimus. In lib. 2. Epistolarum Medicinalium Iulij, Cæsaris Benedicti a Guelfalione legitur Epistola 2. Baldo inscripta. In Volumine Statutorum Collegij Medicorum Urbis habetur pariter Baldi mentio, pag. mihi 114. De eo etiam Carolus Cartharius cum encomio tractat in Athenæo Romano. Varia scripsit Baldus, & edidit, quorum è numero hæc sunt relata a Jo. Anton. Vander Linden lib. 1. De Scriptis Medicis. A Leone Allatio in Apibus Urbanis. A Joanne Cinello in Opusculo, prænotato Bibliotheca Volante, Scanzia 4. nec non Scanzia 7. atque in Historia Scriptorum Florentinorum, quam crudite elucubrauit, sed ineditam adhuc custodit, quamuis etiam atque etiam expetitam.

*Prælectio de Contagione pestifera. Romæ.
Apud Guillelmum Facciottum. 1631. in 4.*

*Disquisitio Iatro-Physica ad Textum 23.
Hippocr. de Aere, Aquis, & Locis, num in
eo legi debeat $\sigma\chi\lambda\omega\delta\iota\varsigma\alpha\tau\epsilon\nu$, an $\theta\iota\lambda\omega\delta\iota\varsigma\alpha\tau\epsilon\nu$, idest
biliosissimum, vel turbidissimum, in qua de
Calculorum causis, ac de Aquis Tiberis bo-
nitate strictim differitur, & Questio de ma-
iori nunc, quam præterito seculo Calculosorum
in Vrbe frequentia elucidatur. Romæ. Apud
Ludouicum Grignanum. 1637. in 4.*

*De Loco affecto in Pleuritide Disceptationes.
Ac Renati Moreau de eadem re Epistola exe-
getica. Parisiis. Apud Sebastianum Cramoisy.
1640. in 8. Romæ Apud Franciscum Caballum.
1643. in 8.*

*Relatione del Miracolo insigne, operato in
Roma per intercessione di S. Filippo Neri alli
5. di Gennaro 1644. Romæ eodem anno in 4.*

Hæc quæ sequuntur editioni parata habe-
bat, nempe.

*Historiam Morbi, & Anatomicam obserua-
tionem circa corpus, & cadauer Cardinalis
Beuilacque, cum multis dubijs inde enatis.*

Lectiones Academicas de Venenis.

Post Baldi mortem prodijt Opus cum hoc
titulo.

Del vero Opobalsamo Orientale: Discorso Apologetico dell' Illustriss. Sig. Baldo Baldi, Medico di N. S. Papa Innocentio X. Dato in luce da i Signori Antonio Manfredi, e Vincenzo Panutio, Aromatarij. In Roma. Appresso Vitale Mascardi. in 4. 1646.

Habuit Baldus decertationem literariam de loco affecto in Pleuritide aduersus Ioannem Manelphum, propugnante Baldi opinionem Renato Moreau. In Libro Epistolarum Gabrielis Naudæi leguntur duæ Epistolæ ad Baldum, & sunt 35. & 64.

BARTHOLOMÆVS MAGGIVS, Italus, Bononiensis, Philosophus ac Medicus sapientissimus, officiosus, & diligens, Iulij III. Sum. Pont. a medelis. Audi Augustinum Oldoinum in laudato volumine ms. apud me. *Bartolomeo Maggi Bolognese, Medico, e Filosofo, Lettore di Chirurgia nella sua patria. Fù de più celebri Medici dell' età sua, ed amicissimo di Gio. Maria del Monte, il quale fù Cardinale, e poi Papa, e chiamossi Giulio Terzo; onde diuenuto Pontefice, incontenente dichiarò suo Medico il Maggi, e lo fece venire a Roma, riceuendolo con molta confidenza, e stima. Ma l'aria di Roma non confacendosi a Bartolomeo, ammalossi, che però gli*
con-

conuenne prestamente per risanarsi , fare ritorno
alla patria , doue morì l'anno 1552. Fu se-
pelito in S. Francesco con il seguente Epitafio.

D. O. M.
BARTHOLOMÆO MAGGIO BONON.
PHILOSOPHO AC MEDICO PRÆCLARO ,
CVIVS
MIRA VIRTVTVM FACVLTA
IVLIO III. PONT. MAX.
HENRICO GALLIARVM REGI
TOTIQVE ORBI NOTISSIMA FVERAT
QVI
VIXIT AN. LXXV. MENS. VII. D. XXII.
OBIIT VII. CAL. APRILIS.
IOAN. BAPT. MAGGIVS FRATRI B. M. P.
M. D. LII,

Scriptit Bartolomæus.

*De Sclopetorum , & Bombardarum vulnē-
rum curatione lib. Bononia . Apud Bartholo-
maum Bonardum . 1552. in 4. & cum Chi-
rurgia , seu de Chirurgiæ Scriptoribus a Gef-
nero editis , pag. 243.*

De eo tractant Io. Anton. Vander Lin-
den lib. 1. De Scriptis Medicis . Ioan. Ni-
colaus Paschalis Alidosius in Opere titulum
exhibente , I Dottori Bolognesi di Teologia ,
Filosofia , Medicina , ed Arti Liberali , pag.
35. Iludque Bartholomæi Opus nominat ,
videlicet .

Com.

Commentaria super libros Meteororum.

Inter ceteros ex familia Maggia præfulsit Alexander Maggius, Nobilis Bononiensis, Vtriusq. Signaturæ Referendarius doctissimus, eruditissimusque, sub Cardinali Bonifacio Bevilacqua, Perusijs primum, tum Piceni Prolegatus, de quò si piara requiris, videas Ianum Nicium Erythræum in Pinacotheca 2. Imag. 63. Interim perlege sepulchralem eiusdem inscriptionem, quæ visitur Romæ in Ecclesia S. Mariæ, vulgo del Popolo, sub Colle Hortulorum, coniuncta Portæ Flaminie. Legitur etiam apud Gasparem Alucrum in Opere Roma in ogni stato, par. 2. pag. 8.

D: O. M.

ALEXANDRO MAGGIO PATRITIO BONON.
 MORVM GRAVITATE
 ET INNOCENTIA CONSPICVO
 PRÆTER INSIGNEM
 IN VTRIVSQ. IVRIS PRVDENTIÆ
 LAVDE PRÆSTANTIAM
 OMNIS POLITIORIS DOCTRINÆ
 COGNITIONE
 ORNATISSIMO .
 QVI BONONIÆ ET MACERATÆ
 PVBLICE PLVRES ANNOS PROFESSVS
 MOX BONIFACII CARD. BEVILACQVÆ
 IN FAMLIA
 VTRIVSQ. SIGNATVRÆ REFERENDARIVS
 DIV

DIV ROMANA IN VRBE FLORVIT
 INDE PERVSIÆ ET VMBRIÆ
 EIVSDEM CARDINALIS PROLEGATVS.
 MIRVM
 ERVDITIONIS VIGILANTIÆ
 INTEGRITATIS
 SPECIMEN DEDIT.
 FANI FORTVNÆ VRBEM
 PARI VIRTUTE REXIT.
 DEMVM IN VR̄EM REVERSVS
 VARIIS IN CONGREGATIONIBVS
 PROBI DOCTIQVE VIRI MVNERE
 EGREGIE PERFVNCTVS
 IN IPSO HONORVM LIMINE
 IMMATVRA EST MORTE PRÆREPTVS.
 IDEM BONIFACIVS CARD. BEVILACQVA
 AMICO INCOMPARABILI
 IOANNES MAGGIVS FRATRI DVLCISSIMO
 PP.

BARTHOLOMÆVS, natione Italus,
 patria Pisanus, DE PISIS itaque cognomi-
 natus, rei medicæ solers, qui præceptorem ha-
 buisse gloriabatur Petrum Leonium Spoleti-
 num. Exstitit liquido multæ experientiæ, at-
 que doctrinæ vir, ac Leonis X. Pont. Max.
 Medicus. Scientiam summo studio, & labore
 consecutam, palam vt omnibus faceret, ad-
 uersariorumque obtrectationes compefceret,
 qui Medicinæ, ceterarumque bonarum artium
 promulgabant ignarum, edidit.

Epi-

*Epitomam Medicinæ Theoricæ, & Præcticæ.
Florentiæ. Apud S. Iacobum de Ripolis in 4.
Caret impressiōnis anno, impressiōnisque no-
mine.*

Cum Medicinæ professor esset in Romano Archigymnasio controuersiam præsertim habuit cum Hieronymo de Eugubio Medico, in eodem æque Archigymnasio Lectore, quamo- brem prælo dedit librum alium, cuius titulus est.

Bartholomei Physici, Serui Pape Apologia, vel quorundam a se dictorum, & a Hieronymo de Eugubio concurrente suo impugnatorum Defensio, siue Purgatio, & Dictorum eius in eundem Retorsio, vel Improbatio, cum apta expositione, vel clara declaratione illorum Auicennæ verborum, quorum fuit contentio, & altercatio. Romæ. Per Stephanum Bullireti. Anno 1519. Die 12. Decembris in 4. In principio libri narrat controuersiæ historiam lectu, scituque dignam.

Tractat de eo Carolus Cartharius in Athenæo Romano.

BENEDICTVS, Italus, a patria DE NVRSIA cognominatus, diligentissimus Philosophiæ Sectator, & Medicus non ignobilis, quem Sixti IV. Sum. Pont. Medicum fuisse

manifestum fecit Ludouicus Jacobillus in
 Scriptorum Prouinciæ Vmbriæ Catalogo ,
 pag. 73. Nominis sui memoriam posteritati
 Benedictus reliquit scribendo

*De Conseruatione Sanitatis librum. Romæ. an.
 1575. Apud Philippum de Lignamine in 4.*
 Ioan. Anton. Vander Linden vero dicit Ro-
 mæ 1490.

BENEDICTVS RITA , Italus , Leo-
 nissanus , Medicinæ plurimum gnarus , cui
 inerat acris ingenij vis , animi candor , mo-
 rum facilitas amabilis , & prudens comitas .
 Exquisita in medendo diligentia diu Ro-
 mæ vsus , cunctis acceptum se præbuit , &
 Lecturam in Athenæo Romano obtinuit .
 Dum nominis sui famam sapienter sollicita-
 ret in dies , ad Petri solium euectus Iulius S.
 R. E. Cardinalis Rospigliosius sub Clemen-
 tis IX. nomine , huius summi Pontificis Me-
 dicus declaratus fuit . Omnia sane amoris si-
 gna humanissimus , beneficisque Pontifex
 Benedicto tribuit .

De eo est mentio in libro Statutorum Col-
 legij Medicorum Almæ Urbis , pag. mihi 114.
 Iulius Cæsar Benedictus a Guelfalione inscrip-
 sit Benedicto Epistolam quintam libri primi,
 Epistolamque quintam libri secundi Operis

Epistolarum Medicinalium. In Opusculo Descriptionis Archigymnasij Romanæ Sapien-
tiæ legitur Benedicti

Oratio, quam habuit in eodem Archigymnasio coram Alexandro VII.

Nestor Rita, Benedicti germanus frater, Legum peritia insignis, eiusdem Papæ Clementis IX. Auditor claruit, ac Basilicæ Apostolorum Principis. Canonicus, Archiepiscopusque Sebastæ, qui senio confectus, cæcusque factus die quadam seu per infortunium, seu mentis deficientia se de fenestra præcipitavit .

BERNARDINVS CASTELLANVS, Italus, ex Carcaris, Diocæsis Albenfis, Romana Ciuitate donatus, Laurentij Castellani germanus frater, Laurentij scilicet Medici primarij, qui ad Anatomem, Chirurgiamque exercendam se se eo conatu contulit, vt ipso peritior in Vrbe nemo sua tempestate reperi-
tus fuerit. Bernardinus itaque doctissimi fratris exemplo, eiusdem vestigijs inhiarens, Medicinæ sedulo operam dedit, atque Philosophiæ; & cum scientissimi, optimique Medici nomen meruisset, a principibus Aulæ Romanæ viris adhibitus fuit, omnibus carus. Tandem Gregorij XV. Pont. Max. Medicus
eni-

enituit, tanto ingenio, iudicio, & prudentia, ut eum plenus humanitatis Pontifex, facultatibus, & honoribus auxerit. Prosper Martianus dicauit Bernardino Opus attitulatum, Apologeticus Liber in tres partes diuisus, quæ sunt Expositio, Annotatio, & Antiparalogismus &c. Abraham Bzouius ei quoque nuncupauit librum sub hac epigraphe, Nomenclator Sanctorum professione Medicorum. Bernardino æque scripsit Consilium Hieronymus Mercurialis, quod est 20. Tom. 4. Consil. Medic.

Ioannes Andreas, Bernardini pariter germanus frater, dignus haberi promeruit, qui inter Vtriusque Signaturæ Referendarios, ac inter Canonicos Basilicæ Sancti Petri recenseretur. In Ecclesia S. Saluatoris in Lauro, prope portam lateralem, Joan. Andream sepulchrum cum hac inscriptione spectatur.

D. O. M.

IOANNI ANDREÆ CASTELLANO
EX CARCARIS DIOECESIS ALIENSIS
VATICANÆ BASILICÆ CANONICO
VTRIVSQUE SIGNATURÆ REFERENDARIO
BENEFICENTIA INTEGRITATE IUSTITIA
TER MAXIMO.
NATIO PICENA DONATARIA ET HERES
POSVIT.

G 2 BER-

BERNARDINVS SPERONIVS, Italus, Patauinus, Doctor Medicus, & in Academia Patauina Professor absolutissimus; à Leone X. Pont. Max. ad propriæ valetudinis custodiam accersitur. Angelus Portenarius in Opere Della Felicità di Padoua, Libro settimo, Cap. 6. sic de eo scribit. *Bernardino Speroni è stato Medico di tanta scienza, e di tanta celebrità, che mentre egli leggeua in questa Academia, Papa Leone X. lo elesse per suo Medico, dal quale fù molto honorato, & arricchito. Morì nel 1528.*

Illustrauit perbelle hanc familiam etiam Speronus Speronius, Leoni X. quoque gratissimus, vir non minus eloquentiæ, ac omni-genæ doctrinæ gloria, quam morum disciplina, & rerum gerendarum solertia cumulatifsimus, qui memoriam sui tot præclaris exaratis operibus, posteris commendauit, multipliciter a doctis omnibus commendatus. Fuisse promeritis laudibus extollitur a Iacobo Philippo Tomafino, in Elogijs Illustrium Virorum, par. 1. pag. 86. De eo tractat æque Iacobus Gaddius, Vol. 2. de Scriptoribus, pag. 379.

BERNARDVS GARZONIVS, Italus, Venetus, e Bononia oriundus, Philosophiæ, Medicæque doctrinæ insignibus honestatus.

Pu-

publicè Bononiæ docuit, ac tandem Nicolai V. Pont. Max. Medicus obiit.

Ex Joanne Nicolao Paschali Alidosio in volumine sub hoc titulo, I Dottori Bolognesi di Teologia, Filosofia, Medicina, ed Arti Liberali, pag. 29. Vis eiusdem verba? En dabo. *Bernardo di Giouanni Garzoni da Venetia, e d'origine Bolognese, era nel Collegio di Filosofia, e di Medicina. Fu Lettore di Medicina a hora di Nona, e doppo Nona, di Pratica di Medicina la sera, e poi di Filosofia morale i giorni festini, e di Medicina all' ordinario della mattina fin' all'anno 1448. L'anno 1454. morì di peste in Roma, essendo Medico del Papa &c.*



ASTOR DVRANTES, Italus, Gualdensis, Ciuitate Romana donatus, Petri Dilecti Durantis Iuris consultissimi, multæque eruditionis, & Operibus euulgatis clari, filius non degener, quippe qui doctissimus, & ipse Castor, peritissimus Medicus, & Poeta floruit. Sixti V. Pont. Max. præstantissimus Medicus emicans, iugiter studijs addictus, plura elucubrauit, pluraque formis dedit notissimus Orbi. In Bibliotheca Vmbriæ,

briæ Ludouici Jacobilli, pag. 82. sequentia
adnotantur Opera, nempe

Theſaurus Sanitatis, & de natura ciborum.
multoties editus.

Sanazarium imitatus cecinit

*Il Parto della Vergine. In Roma. Per Gio:
Battista Caualeri. 1518. in 8.*

Tranſtulit

*Libros 4. Aeneidorum Virgilij carmine ryth-
mico.*

*Herbario nuouo: elegantibus carminibus de-
coratum Opus, non ſemel typis datum, &
nouiffime Venetijs. 1684. in fol. apud Joan.
Jacobum Hertz.*

*Theatrum Plantarum, Animalium, Piſcium, &
Petrarum. In fol. Venetijs. anno 1636, & alibi.*

Alia Opuscula poſt eius mortem, quæ ac-
cidit circa annum 1590. impreſſa fuerunt.
Denſcitur Viterbij, & in Eccleſia Minorita-
rum ſepelitur, teſte Bonauentura Theulo,
in libro, qui inſcribitur, Apparato Minorico
della Prouincia di Roma, pag. 57. Illum au-
di. *Nell' uſcire dalla Sacreſtia vi ſtâ la ſepol-
tura di Caſtore Durante, che fù Medico molto
ſtimato di Siſto Quinto Sommo Pontefice, hu-
mo virtuoſo, e celeberrimo, ma ſenza Epitaſſio,
che pur degnamente gli conueniu.*

Eiuſ-

Eiusdem etiam memoriam celebrant Hippolytus Marraccius in Bibliotheca Mariana, par. 1. Joannes Baglionus in Opere, Le Vite de' Pittori, Scultori, & Architetti, pag. 394. Joan. Ant. Vander Linden meminit etiam de eo, nec non Operis

De Bonitate, & Vitio Alimentorum Centuria. In qua continentur fere omnia, que ad rectam victus rationem instituendam, & tuendam valetudinem pertinent. Pisauri. Apud Heredes Bartholomai Casani. 1595. in 4.

Carolus Cartharius in Athenæo Romano affirmat Castorem eminenter professum fuisse in Romano Literarum Emporio.

Castoris vxor fuit Hortensia Ruscona, Nobilis Romana, vti asseritur in Herbario, pag. mihi 264. Ex ea suscepit

Octauium, qui non minori quam pater doctrinarum eruditione coruscans, lepidissime, & perdocte elaborauit Opus inscriptum, Combattimento dell' Huomo con gl' Inimici dell' Humana Natura. Aric Diuote, le quali contengono in se la maniera di cantar con grazia l'imitazione delle parole, & il modo di scriuere passaggi, & altri affetti. Præterea librum alium celeberrimum, cuius titulus, Il Prencipe Virtuoso. Apud famigeratissimum

An-

Antonium Magliabechi seruat^r aliud Octauij ms. Opus, prænotatum, Rimedij per le infermità del corpo umano, incominciando dal capo, sino a i piedi: parte cauati da gli scritti di graui Autori, e parte imparati dall' esperienza, vera maestra di tutte le cose. Ita habeo ex Epistola eiusdem Antonij. De Octauio scripsi olim in mea Bibliotheca Romana, Vol. 2. Centuria 7. num. marg. 83.

Julius Durantes, alter Castoris filius, Medicus æque spectatæ doctrinæ, acceptam a genitore, & fratre nominis claritatem, virtutum suarum præstantia longe, lateque extendit.

CHRISTOPHORVS VERONENSIS, fuit Pauli II. Summi Pontificis Medicus, ut legitur apud Platinam in eiusdem Pauli Vita, pag. mihi 160. Neque aliam de eo notitiam habere potui.

CINTHIVS CLEMENS, Italus, Corinathensis, politioris literaturæ cultor ornatissimus; Medicinæ vero intelligentia cum paucis conferendus, & proprio quodam naturæ munere ad humanitatem factus, & pietatem. A Paulo V. Pont. Max. ad suæ valetudinis custodiam accersitus. Medicinam etenim exercendo fidus, acer, nauus, doctus communi æsti-

æstimatione, constantique fama egregius fuit habitus. Hinc suffragantibus virtutum meritis ad Canonicatum in Lateranensi Basilica, euectus, semper nullis non linguis laudari meruit.

Agunt de eo Paulus Zacchias, in Opere De mali Hipochondriaci, lib. 1. cap. 21. pag. mihi 107. Baldus Baldi in libro, Discorso Apologetico del vero Opobalsamo Orientale, pag. 107. Franciscus Balduccius in suis Carminibus, nempe Rime Famigliari, pag. mihi 11. Io: Bapt. Marinus in Vol: inscripto, La Lira par. 1. pag. mihi 201. Thomas Stigliani in volumine nuncupato, Il Canzoniero, lib. 8. pag. mihi 438. memoraturque in libro Statutorum Medicorum Collegij Almæ Urbis, pag. mihi 113.

CLEMENTIVS CLEMENTINVS, Italus, Amerinus, natalibus clarus, Artium, & Medicinæ Doctor, de quo legitur apud Io: Anton. Vander Linden, nulli, quos Roma, & tota Italia habuit, fuisse secundum, fuitque Astronomus celeberrimus, Leonisque X. Pont. Max. Medicus, nec non Lector Philosophiæ, & Mathematicæ in Studio Patauino. Testatum hoc facit Ludouicus Iacobillus in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Vmbriæ,

pag. 92. Edidit Clementius Opus sane perutile.

De Præceptis Medicinæ, De Arte Medica, & Clementinam Medicinam. Romæ. Apud Iacobum Mazzocchiū. 1512.

Pluresque optime quoque scripsit
De Astronomia Libros, & de Febris.

Clementina gens in peruetusta, & prænobili Amerina. Ciuitate nobilitatis fulgore coruscat, & ex ipsa florere Propertius eximius Legum peritus, Progubernator Tiburtinus.

Ascanius, Iuris vtriusque, ac Sacræ Theologiæ Doctor insignis, Proepiscopus Viterbiensis, qui Tractatum elucubrauit de Patria Potestate.

Franciscus, ingenio, doctrina, & varietate rerum admirabilis, Comes Palatinus.

Victorius, Comes æque Palatinus, rerumque gerendarum solertia illustris, Juris vtriusque Consultus, principumque virorum familiaritate spectatus, & in Romana Curia Causarum Patronus celebris.

Antonius eruditione, & pietate insigniter ornatus, Sancti Caroli Borromei familiaris.

Nicolaus, Eques Ordinis Sancti Ioannis Baptistæ Hierosolymitani, bellica gloria notus.

Fauftus, Fuluius, ac Joannes strenui profecto milites, Copiarumque ductores, & alij.

Idea Clementina, vnica nostri Clementij filia, mater extitit Cardinalis Bartholomæi Farlatini.

Ex domesticis huius familiæ monumentis.

CONSTANTIUS VAROLIUS, Italus, Bononiensis, cuius virtutes haud vulgares, non vulgari Hieronymi Ghilini elogio euulgatas accipe., ex Opere, Teatro d' Huomini Letterati, Vol. secondo. *Diassi conueniente luogo in questo Teatro a Costanzo, che nacque in Bologna da Sebastiano Varoli; poiche hauendo conseguito dalla Natura vn' eccellentissimo ingegno, volse impiegarlo nelli studij di Medicina, e Notomia. ne' quali con tanta sollicitudine pose tutti i suoi pensieri, e tutti i suoi diletti; che in breue riuscì con chiarissima fama di espertissimo Medico, e Notomista, senza inuidiar punto i più celebri dell' età sua in quelle professioni. La sua patria, che haueua del valor suo fatte in varie occasioni moltissime proue, li conferì la publica lettura di Cirugia, nella quale perseuerò sette anni, con quella maggior commendazione, che dar si potesse al più eccellente lettore di quella Vniuersita. La fama di questo valorosa Medico, non si contentò di star rinchiusa*

nella sua patria, ma desiderosa di maggior gloria, penetrò anco in Roma, oue pose in considerazione i suoi molti meriti a Gregorio XIII. il quale perciò diede ordine, che fosse dimandato per suo Medico, & anco per publico Lettore di Notomia nello Studio di quella Città; come da lui fu così auenturosa condotta con ogni prontezza subitamente accettata, col mezzo della quale si acquistò la grazia di quel Sommo Pontefice, e ne risultò al suo nome grandissima lode presso a' Romani, massimamente essendo egli peritissimo nel cauar quella rena petrificata, che si genera nella vesciga. Deuono a lui molto i professori di Medicina, poiche la sottigliezza dell'ingegno suo ritrouò, che i nerui ottici derivano dalla spinale medolla, contro la comune opinione de' i passati Medici, e lo dimostrò in fatto, nel che fù assaissimo lodato da Girolamo Mercuriale, e da Domenico Leane, amendue famosi Medici, nelle Opere loro. Vanno attorno stampate alcune sue composizioni, che hanno per titolo

De Origine Neruorum Opticorum.

Epistole Medicinali.

Anatomia in quattro libri, la quale riuiscì fruttuosissima a gl' intendenti, & accioche tutti ne potessero hauer parte, fù di mestrieri moltiplicarla colle stampe, & in Bologna, & in Francfort.

Mug-

Maggiormente hauerebbe egli scritto per beneficio della Medicina, e della Notomia, se la morte non l'hauesse in così fresca età leuato dal Mondo; imperoche visse solamente trentadue anni, e morì in Roma con dispiacere di tutta la Corte, e di tutti quelli che lo conofceuano l'anno 1575. Il suo corpo hebbe sepoltura nell' istessa tomba, nella quale giaceua suo padre, nella Chiesa di San Marcello, sopra la quale si vede la memoria seguente, cioè

DEO OPT. MAX.
 SEBASTIANO VAROLIO PATRI
 ET CONSTANTIO FILIO
 VIX TRIVM ET VIGINTI DIERVM SPATIO
 EI SVPERSTITI
 QVI
 MEDICINAM
 ET CHIRVRGIAM PERCALLENS
 ERVENDI CALCVLII PERITISSIMVS
 CVM IN GYMNASIO ROMANO
 ANATHOMICAM LECTIONEM
 SECTIONEMQ. PROFITERETVR
 GREGORIO XIII. PONT. MAX.
 ADMODVM GRATVS
 ANNO ÆTATIS SVÆ XXXII.
 IGNOTO MORBO OPPRESSVS DECESSIT.
 FRANCISCA DE ANGELIS MARITO
 ET FILIO
 PORTIA DE VIOLIS SOCERO
 ET MARITO BONON.

DE SE OPT. MERIT MOESTISS. PP.
OBIIT AN. SAL. HVM. MDLXXV.

Meminere etiam Constantij Joannes Nicolaus Paschalis Alidosius in Opere, De Bononiensibus Laureatis in Sacra Theologia, Philosophia, Medicina, & Artibus, pag. 43. Carolus Cartharius in Athenæo Romano. Joan. Anton. Vander Linden De Scriptis Medicis, lib. 1.



DEMETRIVS CANEVARI-
VS, Italus, Nobilis Genuen-
sis, breuissimo tempore Pōti-
ficius Medicus, Urbani nem-
pe VII. qui duodecim tan-
tum dierum spatio in Petri
Cathedra sedit, vt habeo ab Augustino Oldoi-
no in aduersarijs manuscriptis mihi dono datis,
quæ multa continent ad variorum Italiae Scrip-
torum memoriam. Janus Nicius Erythræus
vero in Pinacotheca 3. Imag. 56. diffuse, & par-
tim exquisitissimis laudando verbis, partim
maxime culpando de eo scripsit. Rescribam
ego vera nonnulla. Ad Medicinæ studia,
animum Demetrius appulit, & ad eam, non
vt quidam faciunt, nudus venit, atque iner-
mis, nulla cognitione rerum, nulla fecit scien-
tia

tia ornatus, sed præclare a latinis literis, ab
 exquisita rerum multarum eruditione, ac præ-
 fertim a Philosophia, in qua fere sunt om-
 nia, instructus accessit; cuius præsidio ad in-
 tima Medicæ Artis cubilia penetrauit, ac bre-
 ui in ea perfectus euasit. Primum Genuæ in
 Medicorum Collegium cooptatus est, mox
 Romam se contulit, vbi hominis ingenium
 simul aspectum, & probatum est, itaque ille
 statim ad difficilium morborum curationes
 cœptus est adhiberi, in quibus fuit felix, nam
 plures, quorum salutis spes nulla supererat,
 pene ab orco reduxit: quapropter multis
 Summis Pontificibus, multis Cardinalibus ca-
 rus extitit; sed Hieronymo de Ruere, Philip-
 po Spinulæ, & Euangelistæ Pallottæ, & præ-
 cipue Joanni Baptistæ Castaneo, qui fuit po-
 stea laudatus Vibanus VII. longe carissimus.
 Certatim Opera ipsius expetebatur, vnde ma-
 gna illi dabatur faciendæ cogendæque pecu-
 niæ facultas; eamque vim pecuniarum con-
 flauit, vt Medicorum omnium, qui erant Ro-
 mæ, longe ditissimus, ac locupletissimus ha-
 beretur. Bibliothecam instituit, omni libro-
 rum optimorum copia refertam. Secundissi-
 ma semper fuit valetudine. Multa scripsit,
 ediditque, in quibus manifesto apparet, quan-
 tum

tum ingenio , eruditione , doctrinaque præstiterit , vt sunt

De Rerum Naturalium Ortu , atque Interitu.

De Primis Rerum a Natura factarum Principijs.

De Hominis Procreatione .

Ars Medica, seu Methodus curandorum Morborum , àffectuumque præter naturam , qui corpus humanum affligunt .

Agnoscentiarum , præfagiendarum , curandarumque Februm omnium Methodus rationalis , Artis Medica Præceptis instituta .

De Ligno Sancto , aduersus Pseudo lignum Sanctum , nuper in Italiam delatum .

Meminere insuper Demetrii idem Augustinus Oldoinus in Athenæo Ligustico , & Joan. Anton. Vander Linden , lib. 1. De Scriptis Medicis .

DINVS DEL GARBO , Italus, Florentinus , cui ob excellentem exponendi modum Galenum , & Auicennam , expositoris nomen concessum fuit, Brunonis del Garbo, Chirurgiæ peritissimi filius , Thaddæi Florentini, Medici clarissimi discipulus; Medicus itaque atque Philosophus Dinus disertissimus , & omnium suo tempore sermone celebratus vixit; ac Pontificiæ valetudinis , Joannis scilicet

cet XXI. dicti XXII. conspicuus moderator enituit: Summusque Pontifex non mediocriter Dinum dilexit, multisque honoribus auxit, ac diuitijs apprime muniuit. Scripsit ex Joan. Anton. Vander Linden, lib. 1. De Scriptis Medicis.

De Cœna, & Prandio Epistolam. Extat cum Andr. Turini Operibus. Romæ. Apud Hieronymum de Cartularijs. 1545. in fol.

Recollectiones in Hippocratem de natura fœtus. Venetijs. Apud Octauium Scotum. 1502. in fol. cum alijs eiusdem argumenti libris.

Chirurgiam, cum Tractatu eiusdem de Ponderibus, & Mensuris: nec non de Emplastris, & Unguentis. Ferrariæ. Apud Andr. Gallicum. 1485. in fol. Venetijs. Apud Lucam Antonium Iuntam. 1536. in fol.

Enarrationem Cantionis Guidonis de Caualcantibus de natura, & motu Amoris. Venetijs in fol.

Super 4. Fen. primi Auicenna præclarissima Commentaria, quæ Dilucidatorium totius Præctice generalis Medicinalis scientiæ nuncupatur. Venetijs. 1514. in fol.

Expositionem super Canones generales de Virtutibus Medicamentorum Simplicium. Secundi Canonis Auicenna. Venetijs. 1514. in fol.

Videndi pariter sunt de Dino tractantes Jacobus Gaddius, Tom. 1. De Scriptoribus, pag. 166. Joannes Tritemius de Scriptoribus Ecclesiasticis, pag. mihi 117. Jacobus Philippus Bergomensis in Supplem. Supplem. Cronic. lib. 13. pag. mihi 329. a tergo. Andreas Tiracquellus in Nomenclatura Medicorum per Alphabetum, pag. mihi 130. a tergo. Augustinus Oldoinus in Additione Ciaconiana ad Joannem XXI. Pont. Max. Tom. 2. col. 406. Joannes Tarcagnota in Historijs, par. 4. lib. quinquagesimo sexto, pag. mihi 185. a tergo. Joannes Andreas Quenstedt, in Dialogo de Patrijs illustrium doctrina, & scriptis Virorum, pag. 312. Gerardus Joannes Vossius in vol. de Scientijs Mathematicis, pag. 422. Scipio Ammiratus, par. 1. tom. 1. lib. 7, pag. mihi 342. Historiarum Florentinarum, & par. 1. tom. 2. lib. 13. pag. 663.

Thomas del Garbo, Dini filius, Medicus acutissimus quoque floruit, egregie laudatus, qui elaboravit Summam Medicinalem. Expositionem super Capitulo de Generatione Embryonis 3. Canonis Fen. 25. Avicennæ. De reductione Medicamentorum ad actum, & de gradibus eorundem. Commentaria in libros Galeni de Febrium differentijs &c.

Cia-

Claruere Joānes Franciscus Nicolai del
Garbo Eques Ordinis Sancti Stephani 1587.
nec non Franciscus Maria Baccij del Garbo,
Eques æque Sancti Stephani 1644.



ELISEVS CALCAGNI, Ita-
lus, Placentinus, Placentini
Collegij Physicus, qui (si fi-
dem habes Joanni Petro de
Crescentijs in Opere, Coro-
na della Nobiltà d'Italia,
parte prima, pag. 223.) Summi Pontificis Sixti
Quinti Medicus inclaruit. Nihil aliud de eo
mihi constat. Cognitum tamen habeo Elisei
familiam omnino Placentiæ defecisse.



ERDINANDVS SICVLVS,
Leonis X. Pontificis Maximi
Medicus, memoratus a Joā-
ne Pierio Ualeriano, in libro
primo De Litteratorum In-
felicitate, pag. mihi 49. nec
aliam de eo cognitionem adeptus sum.

FLORIDUS SALUATORIVS, Italus,
Tiphernas, Clinicus, qui cum Romæ in vfu
Medico esset, feliciter ei credita fuit valetu-
do Clementis X. Pont. Max. cuius fauore plu-
rimum

rimum honoris, & fortunæ ipsi accessit, Canonatu nempe in Ecclesia S. Laurentij in Damaso, & Lectura in Archigymnasio Romano, cum ingenti honorario condecoratus floruit. Tempore autem Innocentij XI. Sum. Pont. per multis molestijs, ac arumnis affectus, grauiam haud pauca sustinuit, multumque iacturam tulit. Tandem ab incorrupta bene iudicantium voce, absolutionem cum gloria consecutus est.

Huiusce virtutes integre narrantur in Epistola nuncupatoria voluminis Statutorum Collegij Medicorum Urbis, quodque volumen Protomedicus, Consiliarij, & Collegæ Collegij Archiatriorum pro merito Florido dedicarunt anno 1676. Mentio quoque de eo facta est a Thoma Petruccio in Spicilegio Anatomico De structura, & usu Capsularum Renalium, pag. 2.

FRANCISCUS ANTRACINVS, Italus, Maceratensis, Philosophiæ, reique Medicæ callentissimus, ad cuius scientiam longum usum, & exercitationem adiunxerat; hinc ad Gregorij XIII. Sum. Pont. valetudinem seruandam accitus, apud eundem plurimum valuit.

Habetur Francisci mentio in libro Statutorum

rum Collegij Medicorum Almae Urbis, pag. mihi 107. laudibusque ornatur a Baldo Baldi in Opere Discorso Apologetico del vero Opobalsamo Orientale, pag. 107.

FRANCISCVS CASINVS, Italus, Nobilis Senensis, inter amœniora studia, summa vigilantia Medicinæ Magistros sectatus, magnum inter Medicos nomen obtinuit. Doctrina hinc, vsuque famigeratus, innotuit Urbano VI. Pont. Max. a quo euocatus, Papæ Medicus, & Papæ in primis acceptus illuxit, uti promulgavit Isidorus Vgurgerius in Opere, Le Pompe Sanesi, parte prima, titolo decimosettimo, pag. 503.

FRANCISCVS CASINVS alter, Italus, Nobilis æque Senensis, ob Medicinæ excellentem peritiam, cum insigni virtute coniunctam, Medicus eximius Martini V. Sum. Pont. cuius beneficentia multas concessit opes, præclarissimasque affinitates Romæ assecutus fuit. Plures eum quoque Magnates ad suæ valetudinis restitutionem sæpius efflagitarunt, quibus prospero euentu commissam salutem restituit.

Antonius Casinus, huius Francisci filius, ex Canonico Senensi, Massensis Episcopus adlectus est, anno 1425. Scripturas omnes ad
Mas-

Massensem Episcopatum spectantes diligentissime recuperavit, multaque deinde expiscatus est, quæ iniquo iure multi occupauerant. E viuis exemptus est anno 1429. cum singulari laude probitatis, sepultus in Cathedrali cum sequenti inscriptione.

Quem genuit Papæ Medicus Franciscus Senensis
Præfulis Antonij contegit ossa lapis.
OBIIT ANNO DOMINI MCCCCXXVIII.
DIE . . . MENSIS FEBRVARII
CVIVS ANIMA REQUIESCAT IN PACE.

De his idem Vgurgerius, Tit. 7. pag. 147.
ac Vghellus in Italia Sacra, Tom.3. col.797.

FRANCISCVS COLVMBVS, Jtalus Perusinus, doctissimus Medicus, atque Philosophus, in Platonicis libris tam exacte versatus, vt publice legendo, vel disputando Platonis nomen, & doctrinam in ore, atque in scriptis semper haberet; Plato itaque cognominatus, suæ familiæ posteri in tanti memoriam viri, hoc Platonis cognomine vsi sunt.

Augustinus Oldoinus in citato volumine ms. penes me, in quo sunt collecti Scriptores Italici permulti, ita scripsit, *Francesco Colombo, cognominato Platone Perugino, Medico, & Filosofo di gran nome, introduisse in Perugia l'Accademia de' Semplici. Fu Medico carissimo del*

del Cardinal Marcello Ceruini, ch' detto Papa chiamossi Marcello Secondo, e lo soleua nomare il mio caro Platone. Fatto Papa, dichiaratolo suo Medico, sarebbe stato molto beneficato, se la morte non auesse così tosto tolto dal Mondo quell' Ottimo Pontefice. Teste eodem Oldoino in alio Opere edito, nempe in Athenæo Augusto, eruditissimarum Francisci

Lectioſum, & lucubrationum de Re Medica, & Philosophica Volumina plura, apud heredes adseruantur.

Profapia hæc dedit in lucem perdoctos viros alios, scilicet Hieronymum sacre Theologiæ Professore, qui edidit in sacram Christi Natiuitatem, Disquisitionem Theologicam, quo nam pacto Planetæ, & Sidera Domino famulentur. Paratos etiam typis scripserat De Angelica, & Humana Hierarchia, lib. 8. De Regimine Ecclesiæ, lib. 2. in Cantica Canticorum Metricam Expositionem. Dauidis Regis Psalterium Carminibus explicatum. De Episcopis Perusinis Opus.

Titum Columbum nobilem Carminum artificem.

Nicolaum Sac. Theologiæ Magistrum, Ordinis Prædicatorum, in omnibus scientijs instructum, adeo vt illas publice Romæ contra quos-

quoscumque tutatus sit, scripsitque plura eruditissime super Sacram Scripturam, seruata olim mss. in Bibliotheca Ducis Urbini, & alia in re Theologica.

De quibus tractant præter Oldoinum, Leo Allatius in Apibus Vrbanis. Ludouicus Jacobillus in Bibliotheca Vmbriae. Ambrosius de Altamura in Bibliotheca Dominicana, anno 1530. Cæsar Crispoltus in Perugia Augusta, lib. 3. pag. 366.

FRANCISCVS DANDINVS, Italus, ex nobili familia Senensi, mox inter Cesenaten-
ses illustri, Doctor Physicus sine dubio sum-
mus, Summorumque Pontificum Clementis
VII. nec non Leonis X. Medicus. Petrus Bel-
monti in Opere, Genealogia dell' Antica Fa-
miglia detta delle Caminate &c. pag. 175. hi-
sce docet verbis. *Della Famiglia de' Dandini
originaria di Siena ne discorre il Caua: Parti, &
il Manzoni, a' quali mi riferisco, restringendo-
mi io a dar mestuo d'alcuni personaggi più ce-
lebri, come di Anselmo nobil Senese, Dottore nel-
le Leggi stimatissimo, che fù poi Governator di
Cesena. Di Gio: Lodouico, pure Iurisconsulto ec-
cellentissimo, nominato da Alessandro Tantiaglia
ne' suoi Consigli, Podesta di Rimini, & Auditor
di Rota in Lucca l'anno 1462. Di Francesco
Dot-*

Dottor Fifico preclarissimo, Medico di Papa Clemente Settimo, e di Leone Decimo. Di Girolamo Vescouo d'Imola, e nel 1552. promesso alla dignità Cardinalitia, Principe di merito incomparabile. Di vn' altro Anselmo Prelato degnissimo, e Governatore di Roma. Di Marco Agrippa, Vescouo di Iesi. Di Pompeo parimente Referendario dell' una, e l'altra Signatura. Del Padre Girolamo Gesuita, valentissimo Teologo, di cui si leggono alcuni libri alle stampe, &c. Consule quoque Ferdinandum Vghellum in Italia Sacra, Tom. 1. col. 326. Tom. 2. col. 692. Ciaconium nouissimæ impressiois, Tom. 3. col. 781. Jsidorum Uurgerium in Opere, Le Pompe Sanesi, par. 1. Tit. 7. pag. 157. Scipionem Claramontium in Historia Cefenæ, lib. 16. pag. 737. De Hieronymo vero Societatis Jesu, lustrare poteris Bibliothecam Scriptorum eiusdem Societatis, pag. mihi 338.

FRANCISCVS FRIGIMELICA, Jtalus, Nobilis Patauinus, gemina Philosophiæ, & Medicinæ Laurea ornatus; 40. omnino annis in patria Academia, eloquentia, ac eruditione mirabili professus est, mirabilis pariter, atque felix in ægris curandis. Peruagata eius fama, Iulius III. Pont. Max. Romam vocauit ad Medici Pontificij munus obeundum

dum, & optime suo muneri satisfecit, laudisque materiam vndique inuenit. Exponit Angelus Portenarius in Opere Felicità di Padoua, lib. 7. cap. 6. pag. 252. Franciscum Romæ alterum Aesculapium appellatum fuisse. Narrat Capiuaceus lib. 3. De Affect. Intestīnor. pag. mihi 116. Franciscum, intestīnorum lancinante dolore correptum, calculum per aluum excreuisse ad magnitudinem oui gallinacei. Meminit, etiam de eo Antonius Riccobonus in vol. de Gymnasio Patauino, lib. 1. cap. 15. Videndus quoque Jacobus Philippus Tomafinus in Elogijs Illustrium Virorum, vol. 1. pag. 51.

Francisci ingenium quam plures peperit. foetus, hæc vero haud ignoro.

Variarum Rerum Medicinalium Tract. 30.
 quorum præcipui sunt de Morbo Gallico, de Capillorum Defluuio, extant Tom. 2. Aphrodisiaci, siue de lue venerea, impress. Venetijs, apud Baretium Baretium, & socios. 1599. in fol.

Multas, ac varias habuit *Consultationes* cum viris præstantissimis, impress. cum Consilijs Joan. Baptista Montani, collectis a Joanne Cratone. Scripsitque

Tractatum de Balneis Metallicis arte paran-

rands. Patauij . 1659. in 8.

Pathologiam paruam, in qua Methodus Galeni, practica explicatur, & quam foras emisit Gaspar Hoffmannus. Jenæ. 1640. & iterum Parisijs 1647. in 8.

In Lycæo Patauino Caroli Patini, pag. 12. ex hac eadem familia Physicum alium meritiſſimum, Hieronymum nempo Frigimelicam, elogio illustratum inuenies. Huius Frigimelicæ familiæ nobilitatem, & permultos alios eximios viros describere prætereo, ne quæ notiffima sunt transcribam. Non ſileam tamen.

Antonium Philoſophum politiſſimum, & Lectorem celeberrimum Patauij an. 1528.

Antonium alterum, amœnioriſ literaturæ cultorem egregium, & Philoſophum, qui Orationes, & Tragœdias elaborauit, nec non librum, Dell' Onore Cauallereſco. De quibus laudatus Portenarius pag. 256. 274.

Jacobum Ordinis Sancti Stephani Equitem 1623.

FRANCISCVS GYMNASIVS, Jtalus, e Castro Bononiensi, nobili profapia ortus, Medicorum ſui æui ſplendidiffimum iubar, non ſolum doctriinæ gloria, quam virtutum maximarum fama clariffimus. *Francesco Giunna-*

fo (scripsit Cæsar Mezamici, in libro cui titulum prætulit, Notitie Historiche delle Operationi più singolari del Sig. Card. Domenico Ginnasio, pag. 9.) che nella professione della Medicina fù tanto perito, & eccellente, che la lesse come Maestro in Bologna, e molti Principi d'Italia nelle occorrenze più pericolose della loro salute si preualsero con esito felice della sua opera. Essendosi ciò presentito da Pio IV. lo chiamò a Roma, & honoratolo nella Sapienza di una delle prime Cattedre con l'assegnamento di un notabile, & istraordinario stipendio, lo volle appresso di se in grado di Medico, col cui ministero se gli accrebbe la stima, e si conciliò nella Corte la beniuolenza uniuersale. Porro Franciscus filios sic moribus, & literis instituit, vt sibi, familiæ, ac patriæ gloriam amplissimam conciliauerit, quæ ad perpetuitatem permanebit. Rescribam itaque Cœnotaphium a Dominico Gymnasio, Francisci filio, S. R. E. Cardinali eminentissimo, doctissimoque, Operibusque elucubratis celeberrimo, positum in Ecclesia S. Mariæ super Mineruam, genitoribus, & fratribus suis, dum Sipontinus Archiepiscopus esset.

D. O. M.

FRANCISCO

NOBILI GYMNASIORVM STIRPE
CASTRO BONONIENSI IN ÆMILIA NATO
PHILOSOPHO ET MEDICO CLARISSIMO

QVAS FACVLTTATES

BONONIÆ PRIMVM

ALEXANDRO FRATRI SVBROGATVS.

DEINDE ROMÆ

A PIO IV. PONT. MAX. ACCITVS

PLAVSV MAXIMO PVBLICE DOCVIT.

QVI CVM IN VRBE PER ANN. XXX.

PRINCIPVM ET ILLVSTRIVM VIRORVM

GRATIA FLORVISSET

PARI TANDEM OMNIVM MOERORE

DECESSIT

AN. ÆTAT. SVÆ LXXII. MENS. VIII.

POST CHRISTVM NATVM AN.

MDLXXXVII.

ET CATHARINAE PALANTERIAE

EIVS VXORI CONCORDISSIMÆ.

QVÆ VIXIT AN. LVII.

ET EORVM LIBERIS

IOANNI L. V. D.

VARIIS PVBLICIS MVNERIBVS

LAVDABILITER PERFVNCTO.

QVI VIXIT AN. XXVII. MENS. ... DI...

ALEXANDRO

IN MEDICINAE STVDIIS

PATERNA VESTIGIA

FELICITER AEMVLATO

QVI VIXIT AN. XLIV. MENS. ... DI...

ACHILLI.

IVRIS PERITISSIMO PROTON. APOST.

AD MAGNA NEGOCIA

A SVMM. PONTIFF. ADHIBITO

CARPENTORACTE

IN MAGISTRATV EXTINCTO.

QVI VIXIT AN. XLI. MEN ...DIES. ...

DYONISIO I. C. EXIMIO

ILLVSTRISSIMÆ COLUMNENSIS FAMILIÆ

CAVSARVM AVDITORI PROBATISSIMO.

QVI VIXIT AN. XXXVIII. MEN. ...DI. ...

DOMINICVS GYMNASIVS

ARCHIEPISCOPVS SIPONTINVS

PARENTIBVS

ET FRATRIBVS VNICE DILECTIS

P. C.

FRANCISCVS SANTVCCIUS, Italus,
 Romanus, Balthassaris Bonanni auunculi,
 Joannisque Benedicti Sinibaldi suffultus præ-
 sidio (ambo fuere doctissimi Medici, atque
 primarij) omnia sua studia ad Medicinam con-
 tulit; & inde longo iam vsu, & exercitatio-
 ne satis edoctus, euocatus fuit a Benedicto
 Card. Odescalco, yt sibi in aduersæ valetu-
 dinis incommodis saluti esset. Optimus ve-
 ro Cardinalis, Petri Cathedram ascendens,
 sub Innocentij XI. nomine, Franciscus Pon-
 tificius Medicus inclaruit, & Basilicæ Diui
 Petri in Vaticano Canonicus. Accedebat ad
 illius doctrinam cum summa morum elegan-
 tia,

lia, comitas, & humanitas tanta, vt animos eorum quibus cum ageret, sibi beneuolentiæ vinculis adstringeret, fueritque hinc carus, & in pretio Optimatibus multis.

De eo perhonorifica habetur mentio in Epistola nuncupatoria Joannis Benedicti Sinibaldi, lib. 9. Geneanthropeia.



GABRIEL DE FONSECA, Lusitanus, Lamecensis, optimæ conditionis vir, cui plane non defuit ex maioribus, quem imitaretur, & præsertim Rodericum de Fonseca patrum, Doctorem Medicum conspicuum, ob eximiam doctrinæ exiltimationem euocatum ad docendum in Academia Pisana primum, mox in Patauina, ac doctissimis lucubrationibus in lucem emissis, fama notissimum. Habuit Gabriel studiorum auspiciæ Rodericum, & Medicinæ operam omni conatu dedit, ac Pisis cum nominis claritate Professor Philosophiæ fuit, dein Romæ Medicinam fecit nemini secundus, prudens, peritus, atque fidelis; quare ei salutis curam suæ commisit Innocentius X. Pont. Max. maximumque in Pontificis gratia locum tenuit,

&

& multo magis cum eius, qui illi obtredebatur, inuidia, & malignitas facta est palam; ac in Romana Sapiencia Medicinæ Cathedram impetrauit, honoribus fortunæque bonis abundans. Multos ex Magdalena Gomez vxore filios tulit, & tres filias honestissime in matrimonio collocauit, Olimpiam nimirum dedit Francisco Galli Romano, nobili, & ornatissimo viro. Annam Ludouico Panizza Romano, Juris vtriusq; Doctori. Antoniam Prospero, ex Argolorum familia inter Marfos nobilissima, viro politionis literaturæ cultori, Andreæ Argoli, qui eternam nominis sui famam reliquit, filio. Gaspar vero ex filijs masculis coniugem habuit Catharinam Pegni Romanam, claris parentibus ortam, ex qua tamen filios haud genuit. Balthassar filius alter, insigni Sacerdotio, quod Canonicatum vocant, in Basilica Sanctæ Mariæ Maioris decoratus vixit, qui summopere rem familiarem parsimonia auxit, & cum virilis e gente sua stirpis postremus esset, heredem testamento forem Antoniam scripsit.

Præter solemnes ab Exedra dictatas
Prædicationes,
 exarauit Gabriel

*Medici Oeconomiam. Romæ. Apud Andream
 Phæum. in 8. Com-*

Composuerat item

Consultationes Februm Pestilentium, quæ anno Dom. 1622. Rome grassatae sunt.

Consultationes aliquas ex Conclauis obortas anno 1623.

Conuiuia Medicinalia. Et alia, quæ utinam non sint deperdita, aut alicui plagiaro inseruiant.

Traçant de Gabriele Leo Allatius in suis Viris Illustribus. Nicolaus Antonius in Bibliotheca Scriptorum Hispaniæ, Tom. 1. Joan. Anton. Vander Linden De Scriptis Medicis, lib. 1. Carolus Cartharius in Opere ms. & inscripto Athenæum Romanum. Sebastianus Badi in Vol. prænotato Anastasis Corticis Peruiiæ, lib. 3. pag. 239. Dominicus Panarolus in Obseruationum Medicinalium Pentecoste 4. Obseruat. 8. pag. 227. Julius Cæsar Benedictus inscripsit Gabrieli Epistolam 1. Libri 2. Epistolarum Medicinalium, & Epistolam 7. Libri 8. Epistolamque 6. Libri 9.

GASPAR TORRELLA, Hispanus, Valentinus, bonarum litterarum studiosissimus, Philosophiæ Medicinæque Doctor, Sacrarumque disciplinarum peritissimus, a Medelis Alexandri VI. Pont. Max. uti pro explorato

habemus ex Gasparis Operibus, quæ exhibentur in Vol. 1. Aphrodisiaci, siue de Lue Venerea, ab Aloysio Luisino formis dato Venetijs 1599. apud Baretium Baretium, & Socios. in fol. & sunt

De Pudendagra Lib.

De Dolore in Pudendagra Dial.

De Ulceribus in Pudendagra Lib.

Consilia quedam aduersus Pudendagram.

Scriptit insuper

Iudicium Generale de Portentis, Prodigijs, & Ostentis. Editum Romæ (teste Nicolao Antonio in Bibliotheca Scriptorum Hispaniæ, Tom. 1.) per Joannem Gozadinum sub Julio II. Verderius tamen in Supplemento Bibliothecæ Gesnerianæ, impressum dicit Terentia in 4. an. 1577.

Fuit etiam Gaspar Episcopus S. Justæ, domesticusque Prælati, & Medicus Julij II. Sum. Pont. cui dicauit librum alium, qui inscribitur

De Regimine, seu Preservatione Sanitatis, De Esculentis, & Potulentis Dialogus, cuius in fine hæc leguntur verba. Finit Dialogus pro regimine sanitatis valde utilis, editus a Magistro Gaspare Torrella, natione Valentino, Episcopo Sanctæ Iustæ, ac SS. D. N. Julij II. Medico,

dico, ac Prelato Domestico, cum quo modum cognoscendi complexiones, tam exculentorum, quam poculentorum docet. Anno a Natiuitate Domini MDVI. impressus per Magistrum Ioannem Bestcken. in 4.

Videndus pariter de eo Joan. Anton. Vander-Linden De Scriptis Medicis, lib. 1.

GENTILIS GENTILIS, Italus, Fulginas, speculator nuncupatus, alterius Gentilis Medici filius, Bononiensi, Perusinaque donatus Ciuitate, Medicinæ Professor solertissimus, qui magno apud omnes in honore vixit, eiusque Opera omnium iudicio probantur, & accurate, studioseque leguntur. Teste Augustino Oldoino in Athenæo Augusto, Ioannis XXI. dicti XXII. Pont. Max. Medicus, quem Pontifex mirum in modum amauit, ac mirum in modum plurimis muneribus cumulauit, hinc Gentilis se rerum opulentia valde auxit. *A Communi Perusia* (sunt ipsissima verba Ludouici Jacobilli in Bibliotheca Umbria) *ob eius sapientiam, obtinuit non solum Ciuitatem, sed etiam domum apud Ecclesiam S. Augustini Perusia, in qua Ciuitate plantauit eius familiam de Gentilibus per Franciscum eius secundogenitum: & in dicta Ecclesia S. Augustini erexit Sacellum S. Antonij Abb. Et à Iaco-*

bo eius primogenito veniunt Gentiles Fulginia
 Scripsit tantus hic Medicus, vt in lib. 1. De
 Scriptis Medicis refert Joan. Anton. Vander
 Linden

*Expositiones cum textu Auicennae. Venetijs.
 Apud Octauium Scotum. 1484. 1486. in fol.
 Apud Baptistam de Tortis. 1492. in fol. 4. voll.*
 His addiecta sunt *Questio de Febre. De Actua-
 tione Medicinarum. De Phthisi. De Maiorisa-
 te Morbi. Tractatus de Proportione Medicina-
 rum, seu Dosi, & Consilia varia.*

*Consilia peregrina ad quaevis morborum to-
 tius corporis genera. Eiusdem Tractatus de Hern-
 nia: & Recepta super primam Fen. quarti A-
 uicennae ordinata: ac de Balneis apud nos circum-
 stantibus, & naturis ipsorum, & temporibus
 ipsa visitandi. Extant haec omnia cum An-
 tonij Cermisoni Consilijs. Venetijs. Apud
 Octauium Scotum. 1503. in fol.
 De Febribus. Venetijs. 1526. in fol.*

De Lepra Tract. Extat cum Dini de Gar-
 bo Chirurgia. Venetijs. Apud Lucam An-
 tonium Juntam. 1536. in fol.

De Balneis Tract. 2. Extant pag. 181. 182.
 Operis Veneti de Balneis.

*Excerpta de Balneis ex Commentarijs in Aui-
 cennam. Extant pag. 347. eiusdem Operis de
 Balneis.* De

De proportionibus Medicinarum, & de modo inuestigandi complexiones eorum, & ad sciendum conuenientem dosim cuiuslibet medicine. Extat inter Opuscula illustrium Medicorum de Dofibus. Patauij. Apud Gratosum Perchacium. 1556. in 8. Apud Paulum Mciettum. 1579. in 4. Lugduni. Apud Joannem Marefchallum. 1584. in 8.

Questiones, & Tractatus extrauagantes, nouiter cum summo labore collecti, & cum magna diligentia emendati. Venetijs. Apud Octauium Scotum. 1520. in fol.

Expositio cum Commento Aegidij Monachi Benedictini, lib. 1. Iudiciorum de Vrini: & lib. 1. de Pulsibus. Venetijs. 1494. in 8. Lugduni. 1505. in 8.

Cum Perusinam Urbem sæua deuastaret epidemia anno 1348. ita Gentilis cum Collegio Magistrorum pro Urbis, infirmorumque regimine incubuit, vt ex frequenti ægrorum visitatione, pestilentia correptus, tandem sex dierum spatio, extremis fatis concesserit, quod fuit die 12. Junij supradiçti anni. Mox eius corpus delatum fuisse Fulgineum, ibique in Templo Eremitarum S. Augustini depositum, testatur Franciscus de Fulgineo, qui Gentilis ægritudini interfuit, & ad obitum vsque nunquam

quam ipsum dimisit .

Tractant insuper de eo Joan. Tritemius De Scriptoribus Ecclesiasticis , pag. mihi 119. a tergo. Jacobus Philippus Bergomensis in Supplem. Supplem. Cronic. pag. mihi 331. a tergo. Andreas Tiraquellus in Medicorum per Alphabetum Nomenclatura, pag. mihi 132. a tergo. Ioannes Andreas Quentstedt in Dialogo de Patrijs Illustrum Doctrina, & Scriptis Virorum, pag. 348. Leander Albertus in Descriptione totius Italiae, pag. mihi 89. & alij multi .

Alios quoque peperit hæc de Gentilibus familia, nobiles viros, laudibus extollendos, vti Gentilem iuniorem, ex eodem Iacobillo in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Vmbriæ, Matthæi filium, & alterius Matthæi Iuris, consulti, & Camerini an. 1461. Prætoris pronepotem, qui obiit anno 1576. claruitque probus, & egregius Legum Doctor, ac reliquit Consiliorum Volumen, & Commentarium in Statuta Fulginie .

Sebastianum virum integerrimum, in omni Disciplinarum genere versatum, Vtriusque Signature Referendarium, & Contradictarum Auditorem, qui multas Ciuitates prudentissime rexit, mox Vicarij Vrbis Locumtenens,

nens, sacraeque Consultæ Præsul, deinde Episcopus Anagninus, & demum ad Ecclesiam Interamnensem translatus fuit. Edidit de Sancti Caroli Felicitate Panegyricum, ad Urbanum VIII. Constitutiones, & Decreta Synodi Anagninæ. De Statu Ciuitatis, & Diocesis Anagninæ, ad Innocentium X. Constitutiones. Synodi Interammen.

Huius etiam meminit Ferdinandus Vghellus in Italia Sacra, Tom. I. Col. 366.

GUIDO DE CAVLIACO, Gallus, e Monte Pessulano, Philosophus, Medicus, atque Chirurgus consummatissimus, qui adeo eximium, publicumque suū dedit in rebus medicis testimoniuur, vt ob nominis celebritatem Urbanus V. Sum. Pont. eo vti voluerit Medico. Apud posteros etiam gloriam conquisiuit immortalem scribendo, sicuti patet ex lib. I. De Scriptis Medicis Joan. Anton. Vander Linden.

Chirurgia Tractat. 7. Cum Antidotario. Venetijs. Apud Octavianum Scotum. 1490. in fol. Apud Bernardinum Venetum de Vitalibus. 1519. Apud Iuntas. 1546. in fol. Cum Chirurgia Brunni, Theoderici, Rolandi, Lanfranci, Rogerij, Bertapalia. Venetijs. Apud Simonem de Luere. 1499. in fol. Lugduni. 1572. in 8. Apud Ioan.

Ioan. Cambray. 1518. in 4. Apud Heredes Iacobii Iunta 1569. in 8. Adđita his Recepta Aquę Balnei de Poreġta per Turam de Castello Bononiensem.

Chirurgiam Paruam. Venetijs. Apud Oġtauium Scotum. 1300. in fol. Cum Albucasis Chirurgia.

De Guidone quoque meminit cum præconio Ioannes Andreas Quenstedt in Dialogo de Patrijs Illustrium Doctrina, & Scriptis Virorum, pag. 60.



HIERONYMVS CORDELLA, Italus, Firmanus, nobili apud suos genere natus, ex Philosophiæ ad Medicinæ studia gradum faciens, in his facultatibus cum Lauream obtinisset, ægrorum curationem suscepit, & ita processit in Medicina, vt ad summum peruenerit, habereturque Medicus, omnibus (vt aiunt) numeris absolutus, clarueritque Clementis VIII. Pont. Max. Archiater. Non tantum doctrina Hieronymus exornatus fuit, & præclaris naturæ dotibus, verum etiam religiosa pietate, atque moribus optimis, præcipuisque virtutibus, quapropter ca-

rus

rus admodum vixit Diuo Philippo Nerio, qui illius mortem præcinuit.

Horatius Augenius inscripsit Hieronymo Epistolam 1. libri 4. Epistolarum Medicinarum primi tomi. De eo insuper scripserunt Andreas Baccius in Opere de Naturali Vinorum Historia lib. 5. pag. mihi 253. Petrus Jacobus Baccius in Vita Beati Philippi Neri, lib. 3. cap. 3. numero 3.

Magnum quoque Cordellæ familiæ ornamentum ac decus effluxit ab Hyacintho Cordella, varia literatura, summaque rerum peritia referto, ab Episcopatu Venafrano ad Ecclesiam Lauretanam translato, quem laudatum inuenies à Vincentio Armanno in secundo Epistolarum Volumine, pag. 405.

Atque a Bartholomeo Cordella, Juris vtriusque consultissimo, qui in Florentinæ, ac Lucensis Rotæ Auditorem accitus, summæ integritatis, doctrinæque laudem sibi conciliavit.

HIERONYMVS PROVENZALIS, Italus, Neapolitanus, vir nobilis, grauissimus Philosophus, expertissimus Medicus, Theologus magni nominis, rerumque vsu insignis, qui vix habuit suo æuo in Italia parem. Romam profectus, atius sit Medicus Clementis

VIII. Pont. Max. & Hieronymo plurimum tribuit, summamque fidem Pontifex habuit, ac tandem Archiepiscopatu Surrentino eum magis, magisque illustravit, tota plaudente Aula. Ex Ferdinandi Vghelli verbis, in Italia Sacra, Tom. 6. col. 783. nihil Hieronymo comius, doctiusque. In Cathedrali Sacrarium Sacelli in honorem Diui Januarij Martyris extruxit, dotauit, sacrisque Reliquijs ornauit, ibique sepulcrum sibi viuens statuit. Vixit in hac dignitate summa sui nominis fama ann. 13. mens. 7. ac pie, vt vitam duxerat, mortalitatem expleuit anno MDCXII. tunc quando ad Poloniae Regem, a Paulo V. Apostolicæ Sedis Nuncius destinatus fuerat. Omnigenæ eius doctrinæ monumentum hoc, in publicum extare noui.

De sensibus Tract. Romæ: Apud Bernar. Basam. 1597. in 4.

De hoc Præsule tractat Nicolaus Toppius in Bibliotheca Neapolitana. Joannes Zecchius eidem dicauit Disputationem, habitam Romæ in Sacro Palatio, de Ratione curandi præfertim febres ex putri ortas humore &c.

Hanc progeniem præ ceteris etiam decorauit Jgnatius Prouenzalis, vita, & literatura conspicuus, a Toppio item in Bibliotheca

Nea-

Neapolitana encomio donatus, pag. 395.

Floret nunc Romæ Thomas Prouenzalis, inter præcipuos Aduocatos adnumeratus, auitæ virtutis, & doctrinæ æmulator illustris.

HIERONYMVS RVBEVS, Italus, Ra-uennas, natalium claritudine conspicuus, de quo cecinit Franciscus Corellus

*Et licet illustris Rubea sis gente, nitesces,
Virtutis propriæ nobilitate magis.*

Historicus, & Medicus fuit, nunquam satis commendatus, & inter meliores oppido recensitus. Clementi VIII. Pont. Max. probatus extitit adeo, vt ei corpus, vitam & sanitatem committeret suam, vti patet ex Opere eiusdem Hieronymi, Annotationum scilicet in libros octo Cornelij Celsi. Merebatur sane hoc munus, tanti viri summa doctrina, & eruditio; merebantur ipsius præclara in lucem edita monimenta, quibus sibi posteritatem deuinxit; merebatur ipsius politus in scribendo stylus, indicendo facundia, qua magnis functus est Legationibus; merebatur denique eius industria laudatissima, & fides egregia. Dignus profecto, cuius vitæ tenorem, præstantissimasque doctrinas, ac virtutes, posterius omnes Medici, in omne tempus imitentur, & celebrent. Scripsit

Historiarum Rauennatum Lib. Decem. Hac altera editione Libro Undecimo auētos, & multiplici antiquitatis historia, Gothorum, Longobardorum, & Italicorum ab anno post diluuium centesimo quadragesimo primo, vsque ad annum Christi MDLXXXVIII. amplissime locupletatos. Venetijs. Ex Typographia Guerrae. MDLXXXIX. in fol.

Orationem de electione Gregorij XIII. Pape, quam habuit ad Populum Rauennatem. Cefene. Apud Bartholomaeum Ranerum. 1572. in 4.

Annotationes in libros octo Cornelij Celsi de Re Medica. Quibus omnia, que ad vniuersam Medicinam spectant dilucide, & compendiose explicantur. Venetijs. Apud Ioannem Gueritium. MDCXVI. in 4.

De Destillatione, siue de Stillatitorum Liquorum, qui ad Medicinam faciunt methodo, atque viribus librum, in quo Chemicæ artis veritas, ratione, & experimento comprobatur. Excusum fuit Opus hoc iugiter laudatum, Rauennæ, Basileæ, Venetijs &c. in 4. & in 8.

De Melonibus. Accessit Responsum Medicinale pro Asthmate, Vincentij Alzarij a Cruce. Venetijs. Apud Ioan. Bapt. Berfonum. 1607. in 4.

De Hieronymo tractant Iacobus Gaddius, Tom. 2. De Scriptoribus, pag. 308. Antonius Possleuinus Bibliothecæ Selectæ Lib. 16. pag. 391. Nicolaus Angelus Caserrius in Synthemate Vetustatis, pag. 208. Ludouicus Iacobus a S. Carolo in Bibliotheca Pontificia, lib. 2. Io: Anton. Vander Linden, Lib. 1. De Scriptis Medicis. Ioannes Cinellus in Opuſculo, inſcripto Biblioteca Volante, Scanzia feſta.

Exceſſit Hieronymus ex dyſſenteria die 8. Septembris M. DC. VII. ætatis LXVIII. vnico relicto filio Antonio Maria, & ipſo Medicinæ nobili profefſore, qui Romæ vitam vixit, inter primarios Medicos habitus.

Laudibus quoque efferendus eſt frater Ioannes Baptiſta Rubeus, noſtri Hieronymi patruus, Carmelitarum Ordinis decus, ingenio, doctrina, pietate, rerumque gerendarum ſolertia ſpectabilis, ſepultus Romæ in Eccleſia SS. Silueſtri, & Martini in Montibus, eum ſubiectò Epitaphio, quod poteris etiam intueri apud Io: Antonium Philippinum in Opere, cui titulum fecit, Riſtretto di tutto quello, che appartiene all' Antichità, e Veneratione della Chieſa de' Santi Silueſtro, e Martino de' Monti di Roma. Cap: 17. pag. 86.

D. O. M.

FR. IO: BAPTISTÆ RVBEO RAVENNAT.
 CARMELITARVM ORDINIS GENERALI
 GENERE MORIBVS ET DOCTRINA
 CLARISSIMO

QVI

ORDINEM SVVM ANNOS. XVI. REXIT
 AC PRIVILEGIIS
 A GREGORIO XIII. PONT. MAX. IMPETRATIS
 ILLUSTRAVIT.
 VIXIT ANNOS LXXI.
 OBIIT ANNO M. D. LXXVIII.
 TERTIO NONAS SEPTEMBRIS.

HIERONYMVS SESSA, Italus, Sueffanus, Philosophiæ, Medicinæque Doctor suo seculo magnus, rarisque virtutum ornamentis, ac morum integritate maximus, Pauli IV. Sum. Pont. intime familiaris, & Medicus, quem Pontifex singulariter amavit, eo quia probi viri singularia merita probe noscebat, quapropter S. R. E. Cardinalem renunciare voluit; sed Hieronymus oblatam dignitatem amplissimam, terrena fastidians, eximia animi ingenuitate repudiavit, sapienter intelligens, quanto maius esset, summos honores contemnere, quam accipere. Verum enim vero hæc animi demissionis exempla rarissima sunt. Audiamus Scipionem Mercurium in Opere Errori Popolari d' Italia, lib. 2. cap. 27. pag. mihi

mihī 164. *Rua quel luogo nel Padouano così celebre, così famoso, così santo, doue viuono quei santi Eremiti, humini sì in vista humana, ma Angeli nella conuersatione, fu edificato dall' Eccellentissimo Signor Gieronimo Sessa, che fù Medico di Papa Paolo IV. il quale lo uolse far Cardinale, ma egli con generosità d' animo incredibile lo rifiutò, per edificar così santo luogo.*

Attamen potius dicendus Hieronymus; Leonis X. Pont. Max. Medicus, ex relatis a Siluano Razzi in volumine Le Vite de' Santi, e Beati dell' Ordine de' Camaldoli: vitam namque Hieronymi scripsit, Beatumque uocat, & elaborasse ait nonnulla

Opera de Re Medica. nec non

De Religione Tractat. cuius titulus Columba Decora.

Atque ex Angelo Portenarīo in *Opere* della Felicità di Padoua, Lib. 2. Cap. 11. *Quomodo res se habeat, sedulus curiosus inueniet; satis etenim mihī indicasse sufficiat.*

HIPPOLYTUS SALVIANVS, Italus, Tiphernas, Romanusque Ciuis, Medicus summe doctus, atque Philosophus, in quo erat ambiguum, utrum magis ipsius scientia, an fides, & sedulitas in curandis ægris laudaretur. Iulius III. Pont. Max. tantum virum si-

bi Medicum elegit, vti lustrare est in Priuilegio huius Papæ, præfixo Historiæ Aquatiliū Animalium, quam Hippolytus ingenti fama nominis foras emisit. Jugiter Aulæ, ac vniuersæ Ciuitati, consilij, doctrinæ, prudentiæ, sapientiæque suæ lumen ostendit. Edidit

De Piscibus Tom. 2. Cum eorundem figuris in ære incisus. Romæ. Apud Saluianum. 1555. in fol.

De Aquatiliū Animalium curandorum formis. Venetijs. Apud Meietum. 1600. 1602. in fol.

De Crisibus ad Galeni censuram librum, omnem Crisum cognitionem breui, & miro ordine continentem. Romæ. Apud Saluianum. 1558, in 8.

Ad humaniores literas, acri, & amœno ingenio æque propensus, & *Carmina* panxit, & *Comedias* composuit, quarum vna perbellè laudata typis data extat cum titulo

La Ruffiana. In Roma, per Valerio, e Luigi Dori. 1553. in 8. Alibi etiam non semel excusa.

De eo tractant Jo: Anton. Vander Linden lib. 1. De Scriptis Medicis. Nicolaus Angelus Caserrius in Synthemate Vetustatis, pag. 103. Leo Allatius in Drammaturgia.

Salustius Saluianus, Hippolyti filius, non minori quam pater doctrinæ præstantia floruit, Medicus, Philosophusque perspicacissimus, qui non obscura Medicæ facultatis, monumentis editis, testimonia reliquit.

Gaspar, alter Hippolyti filius, illuxit Poeta, Academicusque Humorista, qui Vrbi, imo Orbi se conspicuum fecit. Ambo laudibus merito extolluntur a Jano Nicio Erythreo in Pinacotheca prima, Imag. 14. & Pinacotheca tertia, Imag. 55.

HONVPHRIUS DE HONVPHRIIS, Italus, Nobilis Fulginas, Philosophus, & Medicus probatissimus, Petri item Medici suæ ætate longe ornatissimi filius, Sixti IV. Sum. Pontif. a Medelis. Augustinus Oldoinus in laudato libro ms. Scriptorum multorum Italiæ, ita recensuit, *Onofrio Onofrij da Fuligno, Medico celebre, e grandemente stimato per la felicità che haueua, e moltissima pratica nel medicare. Fù Lettore di Filosofia, e Medicina in Perugia, e Medico di Papa Sisto Quarto. Lasciò v. ff. molte Opere di Medicina. Io hò letto alcuni Discorsi di Onofrio, fatti in varie occasioni molto eruditi, sì spettanti alle materie medicinali, come alle filosofiche.*

Laus quoque tribuitur Honuphrio a Lu-
N do-

douico Iacobillo in Bibliotheca Vmbriæ, afferens quod habebat eiusdem mss.

Opuscula varia de Re Medica.

Nonnullasque Lecturas.

Meminitque etiam Honuphrij alteri, nostri Honuphrij pronepotis, Iuris consulti eximij, ac Nursiæ Prætoris, anno 1577. qui ingenij sui, doctrinæque Monumenta posteritati reliquit, præsertim Commentarium magnum in Jure, per alphabetum, & multa Tractata in Jure, alphabetico ordine digesta.

Celebrat item Curtium, huius fratrem germanum, Militum Tribunum, pietate, & armis inclytum.

Præconijs æque ornat Honuphrium tertium, nostro ævo Iuris vtriusque Doctorem, Poetamque præstantem, & multorum Operum authorem.

Et Christophorum, Ord. Minorum Regul. Obseruantia, Theologum, Concionatoremque insignem, qui plura erudite elucubrauit Opera, quemque Gregorius XIII. Papa plurimi fecit.

Neque prætermittit Pium de Honuphrijs, Ordinis Sancti Stephani Equitem elegantissimum.

Sed præter quamplures, qui ex hac antiquif-

quissima. & prænobili familia prodire, extollendus apprime est Honuphrius alter, Fulginatensis Episcopus, de quo Ferdinandus Vghellus in Italia Sacra, Tom. 1. col. 738. ut sequitur. *Honuphrius, ex nobili gente, vulgo vocata, dell' Antico Romano, Fulginas. Hadriano secundo mandante, patrio gregi præpositus est anno 870. Inter huius maiores, qui primus Fulgium venit, e clarissima prosapia Ruffia undecimo Magni Leonis anno, an. 451. Valerius fuit (qua de re fides esto apud authorem.) Vnde SS. Silvester, Siriciusque PP. MM. aliquæ quam plures Cardinales, ac Principes prodire, cuius deinceps posteritas, quod Valerius antiquus Romanus esset, dell' Antico Romano, ut non semel dico, appellata est. Deinde ab Honuphrio Fulginate Episcopo, magnarum virtutum vir, quique tantus esset, ut ex suo nomine, genti suæ videretur in posterum posse decus afferre, Honuphriam gentem dixere. Quamquam patrum nostrorum memoria, ex ea gente non defuerit aliquis, qui Antiqui Romani cognomen merdicus retinuerit, præsertim cum in Senatu, ad illorum temporum morum censuram maiorum exemplum referenda essent.*

HORATIVS LANCILLOTTVS, Italus, Romanus, nobili stirpe natus, sublimes ingenij

nij vir, qui Philosophiæ, & Medicinæ gnauiter incubuit, Medicumque se præbuit cordatissimum. Eius prudentiæ, doctrinæ, ac morum suauitatis fama vbique delata, Iulius II. Pont. Max. eum sibi Medicum nominauit, gratissimusque Pontifici vixit, æquo semper animo, non prosperis elatus, neque depressus aduersis, multarum cognitione rerum, & vsu laudabiliter refertus. Totum eius oblectamentum inter libros erat, iugiter aliquid in ægrorum commodum meditabatur; mira liberalitate, ac splendore Medicinam exercuit, pauperum infirmitatibus libenter, & amicorum occurrens, quacunque omnino se reddidit commendatione dignissima.

Est Horatij mentio in Volumine Statutorum Collegij Medicorum Vrbs, pag. mihi 106. celebraturque a Baldo Baldi in Opere Discorso Apologetico del vero Opobalsamo Orientale, pag. 107.

Scipio Lancillottus nostri Horatij filius, a Gregorio XIII. ob ingentes virtutes, & conspicua merita S.R.E. Cardinalis renunciatus fuit.

Paulus vero V. Horatium Lancillottum, Cardinalis Scipionis nepotem, egregium sane, & non indoctum virum, Cardinalium Senatui adscripsit.

Joan-

Joannes Baptista Lancillottus, Cardinalis Horatij germanus frater, omnibus disciplinis, Christianisque virtutibus excultus, infula Nolana condecoratus extitit.

Extitit etiam Lancillottus Lancillottus, Vtriusque Signaturæ Referendarius, Lateranensis Basilicæ Canonicus, mox Rossanensis optimus Archiepiscopus.

Plura de his omnibus habes in Tom. 4. Ciaconiano Historiæ Pontificum Romanorum, & S. R. E. Cardinalium, nouissimæ impressionis, col. 100. & 430. Ac apud Ferdinandum Vghellum in Italia Sacra, Tom. 6. col. 309. Tom. 9. col. 415. Carolumque Cartharium in Aduocatorum Sacri Consistorij Syllabo, pag. 136.

HVGGO ATRATVS, alias Atractus, Anglus, ab Oppido Diocesis Vuigornienfis, in quo est natus, cognominatus de Euesham, in pietate, ac literis enutritus, tantum in illis profecit, vt sui seculi Phœnix diceretur. Scientiarum omnium cupidissimus, totus in studijs erat, studiaque intermittebat nunquam. Hinc omniscia ditatus eruditione, Medicinæ tamen apprime operam dedit, & optimus habitus Medicus, ac ex Gymnasiorum frequentatione continua, tota Europa notissimus

mus fuit . Huius Medici fama permotus Martinus II. dictus IV. Pont. Max. Romam accersuit, suumque Medicum dixit, & Pontifici in primis carus, eidem varijs in rebus doctrina, & diligentia suam ille fidem probatum iuit, hinc a Martino in numerum Cardinalium S. R. E. meruit cooptari . Medicinæ peritiæ, Matheseos quoque cognitionem perbel- le Hugo immiscebat, quapropter sui ævi eruditus, & aulicis curiosis gratissimus enituit . Scripsit ex Oldoino in Athenæo Romano .

Medicinales Canones .

Problemata quædam .

De Genealogijs Humanis librum 1 .

Super Opere Februm Isaac Opusculum .

Distinctiones Prædicabiles .

Postillas super Biblia . Et alia quædam .

Alios de eo tractantes videas apud eundem Oldoinum, præter Ciaconium Vitarum Pontificum, & Cardinalium, nouissimæ editionis, Tom. 2. col. 239.



IACOBVS BONACOSSVS, Italus, Nobilis Ferrariensis, Artium, & Medicinæ Doctor; scientia quidem, rerum peritia, animi magnitudine, ac morum affabilitate excellentioribus comparandus, pau-
pe-

perum iuxta & diuitum Medicus, Medicus-
que Pauli III. Sum. Pont. Pontificique accep-
tissimus. Post multos summa cum laude exan-
tatos labores, meritis onustus mortalia dese-
ruit. Romæ in Ecclesia S. Petri Montis Au-
rei, vulgo Montorij in Janiculo iacent ipsius
ossa, cum hac inscriptione.

D. O. M.

IACOBO BONACOSSO FERRARIENSI
PAVLI III. PONT. MAX.

PRIMARIO MEDICO.

IOANNES BAPTISTA BONACOSSVS
EXCELLENTISSIMI

DVCIS FERRARIÆ SCRIBA

HERES BENEMERENTI POSVIT.

AN. M. D. LIV. MEN. IVNII.

VIXIT AN. LXVIII. MEN. I. DIES XII.

OBIIT AN. MDLIII. IV. IAN.

Quæ extat etiam in Opere Gasparis Alueri,
cuius titulus Roma in ogni stato, Parte secon-
da, pag. 312.

Prodiere ex ista familia quamplurimi præ-
clari viri, vti compertum fit omnibus ex Scri-
ptoribus rerum Ferrariensium. Jacobus no-
ster laudatur ab Augustino Superbo in Opere
Apparato degli Huomini Illustri della Città
di Ferrara, par. 2. pag. 63. vbi etiam mentio
cum

cum laude facta est Hippolyti Bonacossi, Iuris peritissimi, & librorum authoris egregij nominis; nec non Leonelli, Iuris æque vtriusque Doctoris excellentissimi, ac Hieronymi acutissimi Philosophi, & Medici.

IACOBVS BONAVENTVRA, :
 cui Gulielmus Athenius Bruxellensis dedicavit Tomum 4. Responsorum, & Consultationum Medicinalium Hieronymi Mercurialis, & Iacobum appellat clarissimum virum, Clementis VIII. Maximi Pontificis Medicum, moribus optimis, ingenij facilitate, eximia virtute, ceterisque egregijs animi dotibus coruscantem, ac ad fastigium veræ, solidæque doctrinæ summa cum laude euectum, cunctis Principibus carissimum, summoque Pontifici longe cariorem.

Meminit etiam huius Theodorus Amydeus in Opusculo inscripto Trattato del ber caldo, e freddo, cap. 12. pag. 55. cap. 18. pag. 105. 106.

Ad Iacobum Litteras dedit summæ estimationis plenas Hieronymus Mercurialis, Tom. 4. Consilior. Medicinal. pag. 155.

Maxentius Picinus Lyciensis edidit Apologiam pro Iacobo Bonaventura, Clementis VIII. Pent. Max. Medico, aduersus Marium
 Zuc-

Zuccarum Neapolitanum de Viſtu Parthenopæo.

IACOBVS GOTTIFREDVS, Italus, Nobilis Romanus, Philoſophiam, Medicinamque didicit, & Doctõris inſignia conſecutus, virtutis, gloriæque deſiderio ſlagrans, ad morbos ſanandos ſeſe totum contulit, bona equidem, & proſpera fortuna, namque omnibus approbantibus, ſingularique omnium applauſu Medicinam fecit, ac a Paulo II. Sum. Pont. Medicus Pontificius eligitur. Nobiliſſimam artem iugi diligentia, & doctrina exercuit, tantusque Pontificis in illum amor fuit, quantum poteſt eſſe maximus; iure itaque animi bonis abundans, fortunæ etiam muneribus affluxit, ingentesque opes ſua ſibi virtute collegit. Aedes Romæ in Platea, quæ de Paſquino dicitur, inſtruxit, olim diuenditas, & nouiſſime, anno ſcilicet 1692. emptas ab Archiconfraternitate Orantium pro Agonizantibus, vbi Eccleſia ædificata eſt. In demolitione domus, inuentum Numiſma, fuit æneum, quod præmanibus habui, in eo viſitur effigies eiufdem Pauli II. hiſce verbis *Paulus II. Venetus Pont. Max. in altera vero facie, Iacobus Gottifredus Romanus eiufdem ſuſ-* *+ Hiſicij*
fragio has edes a fundamentis erexit.

Præclaros viros, ex hæc, tum antiquitate, tum nobilitate illustri plane familia exortos, videas apud Gasparem Aluerum in *Opere Roma in ogni stato*, par. 2. pag. 84. & seq. quibus addendus Brutus Gottifredus nostro ævo vir pius, doctus, & antiquitatis peritissimus peruestigator, de quo in mea *Bibliotheca Romana*, Vol. 1. Centuria 5. num. marg. 64.

Viuit dum hæc scribo Philippus Gottifredus, Basilicæ Liberianæ Canonicus, Sacro Pontificio ministrans, Prælatorumque insignibus, & familiaritate Palatij ornatus. Alexander etenim Papa VII. tribus præcipuis Basilicis Urbis, Lateranenfi nempe, S. Petri in Vaticano, ac Liberianæ, in Sacello Pontificio locum dedit, singulis singularum Canonicis, Sacro ministrare Pontificio iussit, quos propterea Prælatorum insignibus, & familiaritate Palatij decorauit.

INNOCENTIVS BALDVCCIUS, Jralus Pistoriensis, Artium, & Medicinæ Doctor spectatissimus, qui doctrinarum splendoribus, morum innocentia, alijsque virtutibus, maiora gloriæ, & decòris addidit incrementa. Summorum Pontificum Innocentij IX. & Leonis XI. Medicus, laudes promeritas tulit, lau-

laudabilique existimatione famam sibi peperit. Perlegamus marmoream inscriptionem, collocatam in Ecclesia Deiparæ in Vallicella, ad ipsius nominis diurnitatem, vbi Innocentij ossa tumulata iacent.

INNOCENTIO BALDVCCIO
 PATRICIO PISTORIENSI
 INNOCENTII IX. ET LEONIS XI.
 SVMMORVM PONTIFICVM
 MEDICO ET CVBICVLARIO INTIMO
 CVIVS ARTEM SALVTAREM
 ROMA SEMPER
 PRINCIPES VIRI SÆPE
 CARDINALES. IN PONTIF. COMITIIS SEMEL
 PROBAVERVNT.
 VIRO IN QVO VIRTVTES ANIMI
 NVMQVAM ÆGRÆ
 QVEM SATIS
 HONORVM FAMA POSTERITATI
 SED LONGE PRÆSTANTIOR
 EXIMIÆ PIETATIS LAVS
 IMMORTALITATI COMMENDAT.
 VIXIT AN. LXXX. MEN. VII. DIES IX.
 OBIIT XIV. KAL. MAII M. DC. XXXV.

IOANNES ANDREAS BLANCHI, Jta-
 lus, Parmensis, Artium, & Medicinæ primæ
 notæ Doctor, quem virtute nitidum, doctri-
 na clarum nominabant. In Gymnasio Bono-
 niensi ab anno 1525. docuit vsque ad an-

num 1561. quo euocatus est Romam a Pio IV. Pont. Max. & in Medicum ascitus, summa cum sui commendatione nominis, namque Medicinam exercendo, principem locum adeptus fuerat.

Huiusce meminit Joannes Nicolaus Paschalis Alidosius in Opere, Li Dottori Forestieri, che in Bologna hanno letto Teologia, Filosofia, Medicina, ed Arti Liberali, pag. 42.

In viuis esse desijt Joannes Andreas Romæ, die nona Augusti, Anno 1566.

IOANNES ANTRACINVS, Italus, Maceratensis, Philosophiæ, & Medicinæ accurate vacauit, Laureamque honorifice meruit, nec exiguam, Medicinam faciendo, laudem adeptus est. Hinc in Aula Romana clarus, Hadriani VI. Sum. Pont. Archiater fuit, omnesque semper integerrimi, atque consultissimi viri numeros compleuit, omnibus, & præsertim Pontifici, alijsque Magnatibus acceptissimus.

Joannis mentio habetur apud Paulum Jouiium, in Vitis Virorum Illustrium, Tom. 2. Vita Hadriani VI. pag. mihi 281.

IOANNES BAPTISTA CANANVS, Italus, Nobilis Ferrariensis, Julij III. Sum. Pont. Medicus, Medicus quippe, ac Philosophus, qui

qui ingenij acumine ; multorumque anno-
rum vsu, collegarum nemini concedebat, &
Medicinæ profecto gloriam propagavit. Lau-
dem quoque sibi apud posteros vindicavit
scribendo Opus prænotatum

*Musculorum Humani Corporis picturata dis-
sectio. Ferraria. 1572. in 4.*

Consule Franciscum Mariam Torrigium
in Opere Sacre Grotte Vaticane, par. 2. pag.
mihi 388. Joan. Anton. Vander Linden De
Scriptis Medicis, lib. 1. Joannem Andr. Quen-
stedt in Dialogo de Patrijs Illustrium Doctri-
na, & Scriptis Virorum, pag. 337. Josephum
Lanzonum, De Jatro-Physicis Ferrariensibus ;
pag. 8. Amatus Lusitanus laudibus etiam cu-
mulare non desinit Joan: Bapt. Cananum in
Centurijs Curation. Medic. Cent. 1. Curat. 23.
27. & 52. in Scholijs, ac Cent. 3. Curat. 40.
in quibus Cananum in dissecandis humanis
corporibus, alterum fuisse Vesalium testatur ;
testaturque eiusdem virtutes, & merita Au-
gustinus Superbus in Opere Apparato degli
Huomini Illustri della Città di Ferrara, par. 1.
pag. 16. vbi hoc legitur epitaphium.

IO: BAPTISTA CANANVS
IVLII III. PONT. MAX.
MEDICVS OLIM ACCEPTISSIMVS
NVNC

NVNC AVTEM TOTIVS DITIONIS
 ALPHONSI II. FERRARIÆ DVCIS SERENISS.
 SVIS MERITIS PROTOMEDICVS.
 MORTALITATIS MEMOR
 HOC SIBI MONVMENTVM VIVENS
 P. C.
 AN. DOM. M.D.LXXIIX. KAL. IAN.
 ÆTATIS VERO SVÆ LXIII.

Profapia Canana viros peperit, tum lite-
 ris, tum armis mirifice decoratos. Inter ce-
 teros præfulsere Antonius Maria, ingenti
 æstimationis Medicus, qui teste laudato Lan-
 zono publici iuris fecit Commentaria in lib.
 Artis Medic. Galeni, & Commentaria in
 Aphorif. Hyppocratis. De eo etiam Super-
 bus, par. 2. pag. 77. vbi de Francisco Maria
 Canano quoque agitur, excellentissimo Phi-
 losopho, & Medico, politiorisque literaturæ
 diligentissimo cultori.

Julius Cananus, nostri Joannis Baptistæ
 germanus frater enituit S. R. E. Cardinalis,
 cuius virtutes, & gesta exhibet memoria
 in marmore sculpta Ferrariæ in Ecclesia S. Do-
 minici, in Sacrarij pavimento, & est.

D. I.

IVLIO CANANO NOBILI FERRARIENSI
 S. R. E. TIT. S. ANASTASIÆ PRESB. CARD.
 EX CANANORVM BYZANTII STIRPE
 PA-

PALEOLOGIS IMPERATORIBVS.
VNA PROPAGATA.

QVI

IVLIO III. PONT. MAX.
IVVENIS ADMODVM A SECRETIS
ADEO ACCEPTVS INSERVIVIT

VT IN EVM

PONTIFICIAM AVCTORITATEM
SVPPPLICATIONES

QVASCVMQ. SCRIPTVRASVE
SIGNANDI FIDENTER.

QVI

ADRIÆ ET MVTINÆ EPISCOPATVS
VENEFICIA COHIBENDO
HÆRESES EXTIRPANDO
AC TEMPLA RESTITVENDO
VIGILANTER REXIT.

QVI

SACROSANCTÆ TRIDENTINÆ SYNODO
INTERFVIT.

QVI A GREGORIO XIII.

POSTREMA ILLA PROMOTIONE
INTER CARDINALES COOPTATVS FVIT.

QVI DENIQVE

SIXTI V. LEGATVS

EMILIAM TAM ÆQVE IVSTEQVE
EST MODERATVS

VT NOMEN EIVS PERPETVO
GLORIOSVM SIT PERMANSVRVM.
ALEXANDER SANCTI IACOBI EQVES
ET SAPIENTIVM IVDEX

FRATRI OPTIMO

GRATÆ TESTIFICATIONIS ERGO P. I.

VI.

VIZ

VIXIT ANNOS LXVIII
OBIIT V. KALEND. DECEMB.
MDXCII.

Amplissimus hic Cardinalis prælo mandavit Constitutiones Adrienses, quas Episcopus in Clericorum vtilitatem elucubrauerat.

Meminitque de eo Augustinus Oldoinus in Athenæo Romano, aliosque tantum virum celebrantes palam facit.

IOANNES BAPTISTA SERIVSTIVS, Italus, Nobilis Lucensis, Romanusque Ciuis, Philosophiæ, Medicinæque Doctor grauis, & prudens, Gregorij XIII. Pont. Max. Medicus, a quo sane Seriuistia familia, & Patria plurimum decoris habet, & ornamenti. In Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis Romæ, Hortulorum in Colle, seu Pincij extat Joan. Baptistæ sepulcrum, cum sequenti inscriptione, eius laudes referente.

D. O. M.

IOANNI BAPTISTÆ SERIVSTIO PET. FIL.
PATRITIO LVCENSI
[PHILOSOPHIÆ AC MEDICÆ
PRÆSERTIM ARTIS
CLARISSIMO
BONARVM
PRÆTEREA LITERARVM DISCIPLINA
ERV DITISSIMO

VITÆ AC MORVM INTEGRITATE
PRVDENTIA DENIQVE
ORNATISSIMO

PRINCIPIBVS VIRIS CARISSIMO
ET OB SVMMA EIVS
IN HANC VRBEM MERITA
CIVITATE ROMANA DONATO.

QVI

IACOBO CARDINALI SABELLO
ANNOS PROPE II. ET XX.

FIDEM AC INTEGRITATEM SVAM
INSIGNITER PROBAVIT.

GREGORII ETIAM XIII. PONT. MAX.

SACRIQVE PALATII FAMILIÆ
VALETVDINIS CVSTOS FVIT.

CHRISTOPHORVS VINCENTIVS
ET MICHAEL

FRATRES MOESTISS. POSS.

OBIIT AN. SAL. M.D.XC. MENS. SEPTEMB.
ÆTATIS SVÆ LV.

HVIC TEMPLO CC. AVREO S
AD STVDII VT VOCANT

MONTEM OCCVPATA PECVNIA LEGAVIT
QVA

BIS IN HEBDOMADA PRO EIVS ANIMA
SACRVM PERPETVO FIAT.

Est huiusce mentio in Volumine Statuto-
rum Collegij Medicorum Almæ Urbis, pag.
n̄ihi 108. Meminit etiam de eo cum præco-
nio Baldus Baldi, in Opere Discorso Apolo-
getico del vero Opopobalfamo Orientale, pag.
107.

Hippolytus Marraccius in Bibliotheca Mariana, par. 2. tractat de Philippo Seriuftio, Academico quidem Obscuro, sed literis, atque eruditione clarissimo, qui inter alia pietatis suæ erga Deiparam Virginem specimina, edidit latino carmine De Deiparæ Virginis Imagine, nouis Lucæ miraculis coruscante Opusculum. Nec non Joannes Ferro in Opere, Teatro d' Imprese, par. 2. pag. 97. Atque Scipio Bargagli in Opere, Dell' Imprese, pag. mihi 134. De eodem loquitur æque Augustinus Oldoinus in sæpe laudato libro ms. penes me, Scriptorum multorum Italiæ, *Filippo (ait) Sergiusti, Nobile Lucchese studio nel Seminario Romano, poi viffe molto tempo in Francia, ritornato alla patria se ne morì. Ha stampato alcune Opere di Poesia, & in lode della Vergine Santissima.*

IOANNES BAPTISTA VERALLVS, Italus, Romanus, Philosophus, & Medicus in primis nobilis. Ad publicam vtilitatem Medicinam exercuit egregie, proximorum saluti summa voluntate occurrendo. Splendido naturæ nitore, morumque maiestate, toti Aulæ Romanæ manifestus, Eugenio IV. Pont. Max. cuius Archiater erat, alijsque Magnatibus intime gratus, & consiliorum

corum particeps integerrimus, ac prudentissimus .

Est huius mentio in libro Statutorum Collegij Medicorum Urbis, pag. mihi 105. cui etiam dat munera laudum Baldus Baldi in Opere, Discorso Apologetico del vero Opobalsamo Orientale, pag. 106.

Ex hac illustri progenie claruere Hieronymus Verallus, Joannis Baptistæ, & Juliæ, fororis Card. Dominici Iacobatij filius, a Paulo III. æquo meritorum remuneratore, Cardinalium cætui sacro adscriptus .

Fabritius Verallus, Hieronymi nepos pariter ad sacram Purpuram admotus fuit a Paulo V. Ambo Romæ in Ecclesia S. Augustini in Campo Martio, in familiæ Verallæ Sacello, sequentibus celebrantur elogijs .

D. O. M.
 HIERONYMO VERALLO ROMANO
 A PAVLO III.
 ROMANA PURPVRA DONATO
 QVEM LOCVM ET MERVIT.
 AD CAROLVM V. IMPERATOREM
 IN GERMANIA NVNCIVS
 DECRETO. IN TVRCAS BELLO
 AC RELIGIONE STRENVÆ PROCVRATA
 ET SVSTINVIT AD HENRICVM II.
 GALLIÆ REGEM LEGATVS

PARMENSI BELLO FELICITER COMPOSITO
 ET AMPLIFICAVIT VRBANO VII.
 SOBRINO ALVMNOQVE SVO
 AD CHRISTIANÆ REIP. REGIMEN
 DOMESTICA INSTITVTIONE
 PERFECTO.
 OBIT AN. DOM. MDLV.
 ÆTATIS SVÆ LV.

D. O. M.
 FABRITIO VERALLO ROMANO
 HIERONYMI CARD. VERALLI
 FRATRIS FILIO
 A PAVLO V. POST. NVNCII APOST. MVNVS
 APVD HELVETIOS
 IMPIGRE ADMINISTRATVM
 AD SACRAM PVRPVRAM ADMOTO
 CVI PROMERENDÆ VRBANI VII.
 CONSANGVINEI SVI
 APVD QVEM ADOLEVERAT
 EXEMPLIS INSTRUCTVS
 OPTIMI PONTIFICIS MORES EXPRESSIT
 DIGNVSQVE HABITVS
 QVI SVBLATVM REPENTE PRINCIPEM
 ALIQVANDO REPRÆSENTARET.
 OBIT AN. DOM. M. DC. XXIII.
 ÆTATIS SVÆ LIIII.

Paulus Æmilius Verallus, laudati Card.
 Hieronymi æque nepos fultit Juris consultus
 celebris, ac Romanæ Rotæ Auditor, mox
 Ros-

Rossanensis Archiepiscopus, translatus deinde ad Caputaquensem Ecclesiam, clarus in Concilio Tridentino, & apud Patres summæ extimationis.

Satis sit de his tantum verba fecisse, relictis alijs, armis, & litteris perspicuis.

IOANNES BODIER, Cenomanus, Machaonia clarus in arte. Julij II. Pont. Max. Medicus cum esset, non solum in hoc obeundo munere, decus sibi insigne conciliauit, sed etiam honoribus, & præmijs sese adactum, perornatumque sensit, adeoque Pontifici iucundus, vt ab ipso nobilitatus sit Abbatia Romæ principali, & magni redditus, Sancti Sebastiani videlicet, extra Portam Capenam, via Appia; de qua re adhuc visitur in eadem Ecclesia memoria in hunc modum.

D. O. M.

IO: BODIER CENOMANO
PHILOSOPHO AC MEDICO INSIGNI
CVIVS OPERA

CVM IVLIVS II. PONT. MAX.
VTERETVR

ILLVM HVIC SACRO
D. SEBASTIANI MONASTERIO
ABBATEM PRÆFECIT.

VIXIT AN. LXXV. MEN. III. DIES VIII.
OBIIT VII. KAL. IVLII. M. D. XVII.

IOAN-

IOANNES LVNELIVS EPISCOP SEBASTIAN.
EIVSDEM MONASTERII ABBAS
AVVNCVLO BENEMER.
POS.

Legitur etiam hoc . epitaphium apud Flo-
rauantem Martinellum in Opere , Roma ex
Ethnica Sacra &c. Cap.9. pag. mihi 302.

IOANNES BVRGIVS , Siculus , Calataie-
ronensis , Medicorum dictus , & merito , suo
tempore princeps , principemque , apud Prin-
cipes Viros locum tenuit , præsertim apud Al-
phonsum Regem Parthenopæum , cuius in-
stantia , Salentinus Pastor electus est , mox Si-
pontinus Archiepiscopus , deinde Episcopus
Mazariensis . Romam profectus , in magnam
Pontificum , totiusque Aulæ existimationem
vixit , virtute assidue , & doctrina duce . Pau-
lus vero II. Pont. Max. proprium Medicum
dixit , & felici omine , namque felicissime
Pontificem periculose ægrotantem , a limine
mortis reuocavit , hinc ab eodem ad Archie-
piscopatum Panormitanum translatus fuit .
Calataieronæ defunctus , sepelitur in maximo
templo à Joanne Vega Prorege . Post annos
74. cum eius cadauer effossum , integrum
reperissent , honestiori tumulo , & inscriptio-
ne exornatur huiusmodi.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO
 IOANNI BVRGIO
 EPISCOPO MAZARENSI SIPONTINO
 ET TANDEM
 ARCHIEPISCOPO PANORMITANO
 SVORVM TEMPORVM TOTO FERRE ORBE
 CELEBERRIMO
 CALATABYERONENSI ORNAMENTO.
 D. VESPASIANVS BONANNO
 FRANCISCVS RIZZARI
 FRANCISCVS MONTELEONE
 AC NICOLAVS DE MONARDO
 ANNO MDXXXIII.
 CIVITATIS PATRES
 ANTIQVITATVM NON IMMEMORES
 TVMBAM HANC
 INSTAVRARE FECERVNT.
 NATVRÆ CESSIT ANNO MCCCCXLVI.

Errasse tamen Patres, quamvis antiquita-
 tum non immemores, aiunt Ferdinandus V-
 ghellus in *Jtalia Sacra*, Tom. 7. col. 1166. &
 Pompeius Sarnellus in *Opere*, *Cronologia de*
Vescoui, & *Arciuescoui Sipontini*, pag. 302.
 ex animaduersione Rocchi Pyrrhi, in notitia
 Panormitanæ Ecclesiæ. Obijt enim Archie-
 piscopus Joannes anno 1469. non 1446. Si
 plura cupis citatos scriptores legas.

Ego apud Franciscum Falabellam, S. Se-
 uerinæ Archiepiscopum, Romæ olim degen-
 tem,

tem, vidi ingens Opus ms. Joannis Burgij, cuius titulus.

Secreta verissima ad varios curandos morbos.
In calce extabat Summarium Vitæ Joannis, ab anonymo exaratum.

IOANNES CASINVS, Italus, Nobilis Senensis, laudati Francisci Casini, Urbani VI. Medici, germanus frater. Joannes vero Innocentij VII. Pont. Max. Medicus emicuit. *Giouanni* (ait Isidorus Vgurgerius in Opere, Le Pompe Saneſi, Parte prima, Titolo decimo settimo, pag. 503.) *Casini*, tra *Filosoſi, e Medici del suo tempo tenne facilmente il primato; perche ſi come leggendo Medicina Teorica in Siena circa l'anno 1370. ſi dimoſtrò acutiſſimo, coſi operando nelle cure riuſcì fortuna- tiſſimo; ſinche chiamato da Innocenzo VII. Pon- tefice Romano, fu ammeſſo tra ſuoi più intimi familiari, e dichiarato cuſtode, e conſeruatore della ſua ſanità.*

Non tacebo, Cardinalem Antonium Caſinum fuiſſe noſtri Joannis filium. Scriptores nonnulli, Antonium Caſinum, Episcopum Maſſenſem, cum Antonio Caſino Cardinale, confuderunt, decepti nomine, & cognomine, utriſque communi. Veritas porro eſt, quod Antonius Episcopus Maſſenſis fuit filius Fran-
ciſci

cisci, Medici Papæ Martini V. de quo superius egi; Antonius vero Cardinalis, fuit huius Joannis, Innocentij VII. Medici filius, vti accurate scripsit Ferdinandus Vghellus, in Italia Sacra, Tom. 3. col. 797.

Bartholomæus Casinus, Cardinalis Antonij germanus frater, Monachus, & Abbas Ordinis Vallumbrosani, claruit Episcopus Pisaurensis, quam Ecclesiam omni cum laude rexit; terramque deseruit anno 1419. De eo item Vghellus, Tom. 2. col. 952.

IOANNES FRANCISCUS EMANVELLIS, seu MANOVELLI, Italus, Florentinus, Pauli III. Sum. Pont. Medicus, cuius facta mentio est in volumine Statutorum Collegij Medicorum Almæ Urbis, pag. mihi 106. memoraturque cum præconio a Baldo Baldi in Opere, Discorso Apologetico del vero Opopalsamo Orientale, pag. 107. Fuit equidem Joannes Franciscus doctissimus, atque omnium virtutum laude cumulatissimus vir.

A clarissimo Antonio Magliabechio, qui me officijs omnibus complectitur, per epistolam postulavi, vt de Joanne Francisco notitias mihi suppeditaret. Ad rogata responsum dedit (ex relatis tamen a Bernardo Benuenuti) ad hunc modum.

Tre sono le famiglie, che col casato, o cognome di Manouelli hanno riseduto nella Republica Fiorentina, e tutte e tre presentemente estinte. La prima ebbe 19. Priori, e 2. Gonfalonieri dal 1283. al 1432. Portò per arme un Campo diuiso a trauerso diritto; nella parte superiore tre Stelle d'oro in Campo rosso, e nella parte inferiore Campo d'oro. Fabbricarono la porta della Chiesa di S. Maria Maggiore, e vi si vedono le loro armi.

La seconda dal 1296. al 1384. godè sei volte il Priorato, del resto di essa non ci sono restate altre notizie.

La terza ebbe quattro Priori dal 1487. al 1527. e faceua per arme un Giogo d'oro in Campo azzurro, e nella testa dell' arme un Rastrello rosso di quattro denti, entroui tre Gigli d'oro.

Or di quale di queste tre famiglie fosse Gio: Francesco d'Emanuello, o Manuelli, Medico di Papa Paolo III. non ho potuto ritrouare.

Apud Ammiratos in Operibus, Istorie Fiorentine par. 1. tom. 1. lib. 4. pag. mihi 214. legitur: Cessato in questo modo l'impetuoso corso di così fatto torrente, s'incominciò a pensare di riformare la Città, al gouerno della quale furono messi huomini di parte nera, nominando Gonfaloniere innanzi il tempo ordinario agli otto
di

di Novembre Tedice Manouelli. Questo è quello, che fece dire a Dante, della leggerzza della sua patria lamentandosi, e come Ghibellino avendo cagion di dirlo, che a mezzo Novembre non giunge a quel che d' Ottobre filava. Secundo vero Tomo, lib. 19. pag. 1022. Entrato nuovo Gonfaloniere Niccolò Manouelli, della cui famiglia già 124. anni addietro era stato un' altro Gonfaloniere, il cui nome fù Tedice &c.

Hæc inuestigasse de hac familia forsan alii cui gratissimum fore credo, præsertim familiarum curiosis inquisitoribus.

IOANNES FRANCISCVS MAREN-
CI, Italus, Albensis, qui Medicinam pie, & memorabili nomine fecit, cumque satis perspecta foret eius vbique integritas, & doctrina, in Medicum Beati Pij V. Pont. Max. assumitur. Ut egenos correptos morbo, de periculo eriperet, multus assiduusque erat piissimus hic Pij Archiater exemplo tanti Pontificis, qui semper pietate ardebat in Deum, & in proximum caritate.

Habeo ego Joannis Francisci synopticam enarrationem

De Pij V. Pont. Max. Morbo, quo obiit, cuius integrum authographum extabat apud optimum virum, & eruditum Ioannem Bis-

saigam amicum meum olim officiosissimum,
 Secreto Sedis Apostolicæ Archiuo Vicepræfe-
 ctum. Hac enarratione constat Joannem Fran-
 ciscum, huius Beati Pontificis per digne Me-
 dicum fuisse.

IOANNES GAMVCCIUS, Italus, e
 Sancto Gemignano, fuit Medicus Clementis
 VII. Summi Pontificis, teste laudato Vincen-
 rio Coppi in Opere, Huomini Illustri Sangi-
 mignanese, pag. 192.

De hac familia superius egi de Andrea
 Gamuccio scribens.

IOANNES IACOBVS BALDINVS, Ita-
 lus, ex Apiro, porro non omittendus. At
 paucis vt me expediam, tu vero multa lector
 habeas, proferam sepulcrem inscriptionem,
 extantem Romæ in Ecclesia Sancti Augustini.

D. O. M.

IOANNES IACOBVS BALDINVS
 EX APIRO IN PICENO
 PHILOSOPHÆ AC MEDICINÆ
 LAVREA DECORATVS.

A BENEDICTO CARDIN. IVSTINIANO
 ROMAM ACCITVS
 SCIPIONI

QVOQVE CARDINALI BVRGHESIO
 INSERVIENS

ILLVSTRIS NOMINIS EXISTIMATIONE
 ITA

ITA INCLARVIT
 VT EIVS OPERA
 OMNES FERE PVRPVRATI PATRES
 AC PRINCIPES VTERENTVR.
 QVIN IMO
 REPARANDA VRBANI VIII.
 AC INNOCENTII X.
 SALVS
 EIVS CVRÆ SÆPE CREDITA FVIT.
 AB ALEXANDRO VII.
 PARITER ACCERSITVS
 OB VALETVDINEM AC SENECTVTVM
 IMPOTENS MERITO MVNERE
 SE ABDICAVIT.
 TOT VERO POST HONORIFICOS LABORES
 VITÆ METAM ATTINGENS
 PATRIAM QVAM OPERVM SPLENDORE
 CLARAM REDDIDERAT
 OPVM LARGITIONE LOCVPLETAVIT.
 NAM IN APIRO
 VBI ECCLESIAM
 SVB INVOCATIONE SANCTI VRBANI
 A FVNDAMENTIS EREXERAT
 COLLEGIATAM
 DVODECIM CANONICORVM
 CVM OCTO BENEFICIATIS
 INSTIVIT.
 VIRGINIBVS NVBILIBVS
 CERTAM PECVNIAM IN DOTEM
 PRÆSCRIPSIT.
 EX OMNI ASSE HEREDES
 DVODECIM CANONICOS
 VLTIMIS TABVLIS DECLARAVIT.
 MVL-

MVLTVS DEINDE LOCIS
PIETATI ADDICTIS
LEGATO INGENTI ÆRE
CONSVLVIT.

QVI ENIM
AMANTISSIMVS PAVPERVM
PATER FVERAT
PAVPERVM INOPIÆ
ETIAM POST FATA PRÆSTO ESSE VOLVIT.
SIC PLVS ALIVS QVAM SIBI VIVENS
ANNO REDEMP. M. DC. LVI.
ÆTATIS SVÆ LXXII.
PIE DEVIXIT.

TOT IGITVR OB PROMERITA
CANONICI SANCTI VRBANI IN APIRO
GRATISSIMORVM ANIMORVM INSTINTV
TANTI BENEFECTORIS MEMORIAM
COLERE VOLENTES
ILLVM
HACIN ECCLESIA IN QVA CONDI VOLVIT
LVCI RESTITVVNT
ET ÆTERNITATI COMMENDANT.
ANNO IVBILEI M. DC. LXXV.
THOMAS PERANZONVS CANONICVS
ET EXECVTOR TESTAMENTARIIVS
MONVMENTVM HOC
ÆRE HEREDITATIS
PONENDVM CVRAVIT.

IOANNES MARIA LANCISIVS, Ita-
lus, Romanus, summo a natura instructus
ingenio, Medicinæ studium dicauit suum,
Me-

Medicinæque peritia valens, & magno in honore, ac nomine cum esset, mortuo Francisco Santuccio, qui Innocentij XI. Sum. Pont. a Medelis erat, illi Joannes Maria subrogatus fuit, atque Canonicatu in Ecclesia Sancti Laurentij in Damaso donatus. Denato vero Pontifice, Canonicatum dimisit; operam modo sedulam nauat Lecturæ in almæ Urbis Archigymnasio, Medicinamque cum nominis fama exercet, in omnibus, quæ ad hanc facultatem spectant diligentissimus, & non vulgarem eius magis magisque in dies obtinet doctrina locum. Edidit huc vsque

Lucubrationem de Virgine quadam Calliensi, mirabili vexata symptomate, habitam in Congressu Medico-Romano, in ædibus Hieronymi Brasauolæ, Medici primarij, die 21. Septemb. 1682. prælo datam Romæ, apud Christophorum Dragondellum, eodem anno.

Fecit *Explicationes ad Opus prænotatum Anatomia, per vso, & intelligenza del Disegno, ricercata non solo su gli offi, e muscoli del corpo humano, ma dimostrata ancora su le Statue antiche più insigni di Roma, delineata in più tauole con tutte le figure in varie faccie, e vedute &c. Con le Spiegazioni, & Indice del Sig. Canonico Gio: Maria Lancisi,*

già *Medico Segreto della Santa Memoria di Papa Innocenzio XI.* Prodiit Romæ ex Typographia Domini de Rubens, anno 1691. in fol.

Magister Fr. Iosephus Maria Lancisus, Ordinis Franciscanorum Conuentualium, vir doctus, & eloquens, nostri Joannis Mariæ germanus frater, religiosisque moribus illustris, Prædicationis munus laudabiliter exercet, Prouincialis Romanæ Prouinciæ institutus anno 1694. impositum onus maxima virtute administrat.

IOANNES PHILIPPVS DE LIGNAMINE, Siculus, Messanensis, qui Medicinam in primis coluit, ingenio vir acutus, & vehemens, Medicinamque publice, magna discipulorum frequentia Perusiæ docuit. Cum fratre Francisco de Ruere, Ordinis Fratrum Minorum Ministro Generali mox S. R. E. Card. arctissimo necessitudinis vinculo coniunctus extitit. Cardinalis deinde Ruuerius ad Pontificatus fastigium euectus, dictus Sixtus IV. benevolentiam erga Joannem Philippum, ac æstimationem ostendit, Medicumque adhibuit. Quod munus grauissimum, quamuis valde Jo: Philippum occuparet, nihilominus librum scripsit, inscripto eidem Sixto IV. Sum. Pont.

De unoquoque cibo, & potu utili homini, & nocuo, eorumque primis qualitatibus. Romæ. in 4. De quo meminit Jo: Anton. Vander Linden, De Scriptis Medicis, lib. 1.

IOANNES SERNINVS, Italus, Senensis, Calixti III. ac Pij II. Summorum Pontificum Archiatrus. Isidorus Vgurgerius Azolinus in Opere, quod indigitatur, Le Pompe Sanesi, Parte Prima, Titolo Decimo settimo, pag. 506. de Joanne attextuit enarrationem. *Giouanni (inquit) Sernini ancorche non fusse vscito dall' adolescenza, fu nondimeno per la sua eccellenza nell' arte dichiarato, e laureato Dottore di Medicina. Esercitolla per qualche tempo nella patria con gran fortuna; onde sparsa la fama del suo valore all' altre Città d'Italia, fu chiamato con honoreuole stipendio à Città di Castello, oue dimorò quasi tre anni con ammirazione comune, ch' egli in questo tempo hauesse restituito la sanità alla maggior parte de gl' infermi, che haueua curato. Quindi fu dimandato da gli Anconitani, ed egli prontamente v'accorse, e fece proue tali, che le sue cure erano stimate miracoli. Il che sentendo Calisto III. Pontefice Romano, chiamò Giouanni a Roma, e lo dichiarò suo Medico. Morto Calisto gli succedette Pio II. Sanese, che hauendo piena*

notizia di Giouanni, l'esse parimente per suo Medico, ed a lui solo confidò la conseruazione della sanità sino all' ultim' hora della sua vita. Fu Giouanni, come gli altri suoi antenari, affabile, piaceuole, e caritatiuo. Morì in Roma l'anno 1464. a 23. di Settembre: ed il suo corpo fù trasferito a Siena l'anno 1465. li 3. di Nouembre, nel qual giorno gli furono fatte solennissime esequie.

Patrem Joannes habuit Franciscum, nepotemque, Franciscum æque vocatum, qui celeberrimi Medici coruscant, cum encomio recensiti ab eodem Vgurgerio, titulo supra memorato. Laudaturque Hector Serninus, Titolo 18. pag. 600. qui edidit, Le Tragedie di Seneca in verso sciolto.

IOANNES TIRACORDA, Italus, Firmianus, in Philosophicis, ac Medicinæ studijs insigniter versatus, Medicusque habitus Romæ grauissimus, atque doctissimus, virorumque principum sanitatem, frequenti cum laude tutatus est (ac si fidem præstas Bernardino Genga in Opere, cuius titulus Anatomia, Chirurgica, lib. 2. cap. 33. pag. 292. secundæ impressionis) Innocentij X. Pont. Max. Medicus circumfulsit, Medicorumque coryphæus nuncupatus.

Ioan-

Joanni inscripsit Epistolam Julius Cæsar
Benedictus a Guelfalione , & est Epistola 3.
libri 7. Epistolarum Medicinalium .

IOANNES ZECCHIVS , Jralus , Bono-
niensis, Romana Ciuitate donatus, Medicus,
& Philosophus probatissimus, integerrimus-
que , qui permultos in morbis desperatos, mi-
rabili ope sanitati restituit : inde ita firma, ita
stabilis mentibus hominum opinio de eo com-
prehensa fuit , vt nullus extiterit graui affe-
ctus morbo , qui Joannis sententiã non re-
quireret ; nulla rerum dubiarum disputatio ,
quæ doctissimum hunc Medicum non admit-
teret, vt etiam accitus fuerit a Sum. Pont. Cle-
mente VIII. ad lites , & grauissimas illas in
Arte controuersias dirimendas, inter Roma-
nos Medicos, & Neapolitanos exortas , quas
Hieronymus Prouenzalis expendendas in Sa-
cro Palatio coram Pontifice proposuerat . In
quibus resoluendis , quam egregie pro loci
maiestate se gesserit Zecchius, quæ, qualiaque
fuerint propositis tantî ponderis quæstionibus,
eius Responfa pro tuenda in curandis febr-
ibus, Romanorum Archiattrorum methodo ha-
ctenus seruata , ac imposterum in Vrbe ser-
uanda, fuse, & distincte enarrauit , ac typis
edidit Joannes Baptista Orius, insignis Medi-

cus Ariminensis ; euulgato Opere ; & indig-
gitato .

*De Ratione curandi praesertim febres ex putri-
ortas humore , a Medicis haellenus in Vrbe ser-
uata . Disputatio . Roma . Apud Alyosium Zan-
netum . 1596 . in 4 .*

Excitata itaque magis magisque Zecchij
fama , adeo percrebuit , vt ab eodem Ponti-
fice Clemente VIII . acerrimo ingeniorum iu-
dice , ac promotore , inter digniores , Medi-
cus suus intimus probari meruerit , quod e-
tiam a Sixto V . Sum . Pont . factum prius fuisse
constat . Non minus docte , quam vtiliter
alia plura scripsit Ioannes , & sunt ex Ioan-
Anton . Vander Linden , lib . 1 . De Scriptis
Medicis .

*Consultationes Medicinales . In quibus uni-
uersa praxis Medica exacte pertractatur . An-
dromachi Zecchij . opera in lucem edita . Venetijs .
Apud Ioannem , & Variscum Variscos . 1617 .
in 4 . Rome , Apud Guilielmum Facciottum .
1601 . in 4 . Francof . 1650 . in 8 .*

*De Vritis breuis , & pulcherrima methodus .
Cui de laterali dolore cum febre putrida , nec non
mali moris Tractatus , & Consultatio accedunt .
Herculis Zecchij . opera in lucem edita . Bononia ,
Apud Heredes Ioannis Rosij , 1613 . in 4 .*

De .

De Aquarum Porreſtanarum uſu, atque præſtancia Tractatus, in 7. capita diuiſus. Bononiæ: Apud Ioannem Roſſium. 1576. in 4.

In primam Hipp. Aphor. Sect. dilucidiffime Lectiones. Quibus accedunt Tractatus 4. inſignes, admirabili quadam methodo digeſti, de Purgatione videlicet, de Sanguinis Miſſione, de Criticis Diebus, ac de Morbo Gallico. A Scipione Mercurio ſumma diligentia ab ore Authoris excepti. Tomus Primus. Bononia. Apud Ioannem Roſſium. 1586. in 4.

Zecchium celebrant Ioannes Paſchalis Aſlidioſius in Opere, I Dottori Bologneſi di Teologia, Philoſofia, Medicina, ed Arti Liberali; pag. 109. Scipio Mercurius in volumine, cuius titulus, La Commare; Lib. 1. Cap. 17. De eo etiam mentio in mea Bibliotheca Romana, Vol. 2. Cent. 10. num. marg. 91. In Libro Statutorum Collegij Medicorum Almæ Urbis, pag. mihi 110. ac apud Petrum Caſtellum; in Opere de Abufu Phlebotomiæ, pag. 14. Fuſe tamen de tanto viro ſcripſit eruditus, humaniſſimusque meus amicus Carolus Cartharius, Aduocatus Conſiſtorialis in Athenæo Romano.

Mortuus eſt Romæ Ioannes annò 1601. die ſecunda Decembris, ætatis ſuæ 68.

IOFFREDVS GAMBARANA, *Italus*, Nobilis *Taurinensis*, *viuacis*, ac *solidæ doctrinæ Medicus exquisitissimus*, hic *produendus*, nam cum eius *virtutum fama vndique increbuisset*, *Clemens VIII. Pont. Max.* familiaribus *epistolis ad suscipiendam suæ tutelam valetudinis accersuit*; & hoc *comper- tum fit ex Oratione Emanuelis Philiberti Pancealbi in Lauream Equitis Cæsaris Octauij Gambaranæ*, in qua *author, Gambaranæ familiæ nobilitatem, laudes, merita, & gloriam luculenter expressit, laudibusque extoluntur permulti alij præstantes viri, ex hac familia orti. Legitur hæc Oratio in Syllabo Scriptorum Pedemontij Andreae Roslotti, pag. 417.*

IVLIUS DE ANGELIS, *Italus*, e *Terra Bargæ, Lucanæ Diœcesis, nobili prosapia creatus. Patrem promeruit Franciscum, optimum Jurisconsultum. Fratres Nicolaum Aduocatum Sacri Consistorij; & Cosmum Juris vtriusque Doctorem, sacrae Inquisitionis Assessorem in Vrbe, mox Cortonensem Episcopum; ac Equitem Iacobum in Pisana, necnon Senësi Vniuersitate Legum Professore, in Ciuitate æque Senensi, Generalem pro Magno Etruriæ Duce Auditorem, Volaterrarum quoque*

que, & Plumbini Priorem Ordinis Sancti Stephani. Domestice itaque excitatus Julius exemplis, doctrinarum, virtutumque incensus amore, operam litteris sedulam nauauit; Philosophiæ attamen, Medicinæque præsertim, studuit, & cum ingenio uiuido, peracuto, elegantissimoque præstaret, præstantissimus euasit Medicus, atque Philosophus, ac per annos plures in Pisana, dein Romana Academia, publice, & cum præconio edocuit; tandem Clementis VIII. Sum. Pont. Archiater emicuit, & ab eodem Pontifice, Sancti Spiritus in Saxia Præceptor renunciatus.

De Familia Angelia Pisana, quæ ne dum vetusta, sed nobili, iam diu propter bella a Florentinis contra Pisanos gesta, ad oppidum Bargæ demigravit, & hinc exortum quod eiusdem gentis nonnulli Bargæi fuerint nuncupati, deque aliquibus eiusdem prosapiæ uiris clarissimis, videre poteris Syllabum Aduocatorum Consistorialium Caroli Cartharij, pag. 205. Enarrationem Synopticam eruditi Præfulis Ioannis Ciampini, de Abbreuiatoribus Parcî Maioris, pag. 37. Et Santium Cicatellum in Vita Pat. Camilli de Lellis, lib. 3. cap. 7. Sepulchralem inscriptionem in Aracælitano Templo Romæ sculptam, ne pigeat uasculare.

D. O. M.
 IOANNI DE ANGELIS PATRITIO PISANO
 QVI
 DOMESTICVM VIRTVTIS ET SAPIENTIÆ
 NACTVS EXEMPLVM
 IACOBVM PATREM
 IVRIS ET IVSTITIÆ CONSVLTISSIMVM
 NICOLAVM CONSISTORIALIS AVLÆ
 ET S. P. Q. R. ADVOCATVM
 IVLIVM S. SPIRITVS IN SAXIA
 MAGNVM PRÆCEPTOREM
 COSMV M EPISCOPVM CORTONSEM
 PATRVOS
 CVM LAVDE EMVLATVS
 POST HVMANIORA STVDIA
 AD IVRIS SCIENTIAM FIRMITER
 ADIVNCTO ANIMO
 LITTERARVM APOSTOLICARVM
 MAIORIS PRÆSENTIÆ ABBREVIATOR
 VTRIVSQVE SIGNATVRÆ EX XII. VIRIS
 IVDICIA DANTIBVS REFERENDARIVS
 PRO VRBIS VICARIO
 SVPREMVS CIVILIVM CAVSARVM IVDEX
 VRBIVM REGIMINA
 FORENSIA MVNERA
 RESQVE PVBLICAS
 SYMMA INTEGRITATE AC PRVDENTIA
 ADMINISTRAVIT.
 INDVCTAM MOX INIQVA MORBI VI
 OCVLORVM ORBITATEM
 ÆQVISSIME PERFERENS
 QVAM SIBI
 LVCEM VITÆ

INCLEMENTIA BREVEM ADEMERAT
MELIORI MORTIS OPE DEMVM PERENNEM
RECEPIT.

OBIIT V. KAL. SEPTEMBRIS
ANNO SAL. M. DC. XLI.

ÆTATIS LV.

FRANCISCVS DE ANGELIS
EQVES S. STEPHANI
VOLATERRARVM PRIOR
FRATRI OPTIMO MOERENS POSVIT.

De Petro Angelio Bargæo Poeta, & Oratore insigni superfluum omnino est verba facere. Quis enim ignorat quanto sit nitido splendore coruscus?

Huiusce etiam Familiæ decus eximium extitit Iacobus de Angelis, inter S. R. E. Cardinales ab Innocentio XI. adscriptus.

De Julio nostro mentio quoque habetur in Libro Statutorum Collegij Medicorum Urbis pag. mihi 111. & apud Petrum Cassianum in Opere, Difesa del beuer caldo, pag. 12. ac Gasparem Aluerum in parte secunda Operis inscripti Roma in ogni stato, pag. 264. Ultra recensitos, eiusdem gentis quoque claruit Antonius de Angelis, Populoniæ, & Massæ Episcopus, anno 1570.

IVLIVS CÆSAR MARSELLA, Italus,
natus in Oppido prope Soranam Urbem,

S quod

quod vulgo dicitur l'Isola; Pancratij Marcellæ Physici suo ævo clarissimi filius. Vixit Romæ Iulius Cæsar in Aula excellentissimorum Ducum Soræ, Iacobi scilicet, & Hugonis Boncompagni, & ita in Philosophiæ, ac Medicinæ cognitione defudavit, vt inter Medicos celeberrimos, atque Philosophos, ob rerum etiam gerendarum prudentiam, morum honestatem, innocentiaque famam, maximo apud omnes in pretio habitus fuerit. Doctrinarum adeo amans, vt eius voluptas omnis in lectione, scriptioneque reposita esset, linguarum Græcæ, & Latinæ peritissimus, multa *Literaria Monumenta* apud heredes mss. reliquit. Merito itaque tantus vir coruscavit Innocentij X. Pont. Max. Medicus, & Basilicæ S. Mariæ Maioris de Vrbe Canonicus, Mariæque Virginis cultui addictissimus, excelsaque pietate suspiciendus, excelsis æque laudibus efferendus, ac conferendus cum primis suæ tempestatis viris probis, doctisque, qui nomen longe, lateque diuulgarunt.

IVLIVS MANCINVS, Italus, Senensis, cum etiam, tum iuuenis (decerptæ sunt cognitiones sequentes a Iano Nicio Erythræo in Pinacotheca 2. Jmag. 24.) rixatus cum quopiam esset, ac propterea compactus in
car-

carcerem, simul ac dimissus est, patria sede relicta, Romam commigrauit, commodum cum in Nosocomio S. Spiritus in Saxia, de nouo Medico in demortui locum subrogando deliberabatur, & quia locus ille ab omnibus fere Medicis, qui erant in Vrbe, summa ambitione expetebatur, decretum fuerat, vt res in certamen deduceretur, eique munus illud decerneretur, qui interrogatus de quæstionibus, ad rem medicam pertinentibus, aptius ceteris respondisset. Quamobrem Patrius Patrius, Senensis, vir nobilis, & clarus, Romanusque ciuis, ad quem literas commendaticias ab amicis acceperat, si maturius, inquit, ad Urbem venisses, ac longius spatium ad te comparandum nactus esses, facile poteras vnacum alijs, in illud ingenij doctrinæque discrimen contentionemque venire. At ille irridens, quid mihi, ait, opus est spacio ad me comparandum? Hem nunc, si libeat, possum. Nec mora, ita vt erat ocreatus, certamini se obiecit, factumque est, vt victor inde discederet, statimque decretas Medico ad habitandum ædes ingrederetur. Magnam huius certaminis victoriam apud alios Medicos inuidiam illi conflauerat, itaque ex compacto, id vnum omnes agebant, vt inuenirent ali-

quid, quo de eo illum loco deijcerent, quem sua fuerat virtute adeptus: atque apud Hospitalis eius domus Præceptorem, cœperunt eum accusare, quod celerius, quam alij Medici ægros, ac raptim inuiferet, vt cura illa, expeditus, posset attentius suis dare operam negocijs. Quamobrem in quoddam multorum eius familiæ concilium a Præceptore vocatus, reprehensus est acriter, quod negligenter, & cum ægrotantium pernicie, susceptum a se munus obiret. At Iulius interritus, memoriter ægrotos omnes, fidei suæ commissos, a primo ad vltimum proferens, narravit, vnde domo vnusquisque, qua ætate, quo genere vitæ esset, quo morbo, & a quo die laboraret, quam curationis rationem adhibuisset, quamque adhibiturus deinceps esset singulorum morbis, præsentiones, aliaque, vnicuique eorum magis propria, atque præcipua; quibus magna eorum qui audierant, cum admiratione prolatis, maleuolorum obtriuuit inuidiam. In prædictionibus multum præstabat, ac simul ac ægrum inuiferat, statim quem exitum morbus ille esset habiturus diuinabat. Sed nulla verborum humanitate ægrum subleuabat; nam vix tria, vel quatuor verba eloquebatur,

tur, pulsus tentabat, num æqualiter in eo
 venæ, & arteriæ micarent, linguæ digitum,
 stomacho manum admouebat; tum quid illi
 in cœnam, vel in prandium dandum esset
 imperabat. Philosophiæ in primis studium
 suum dederat: neque erat Philosophus ex eo-
 rum numero, qui in scholis, spinosis con-
 tortisque disputationibus, id agunt, vt ad-
 uersarium breuiter arguteque concluso argu-
 mento decipiant, sed ex ijs, qui ex vi verbo-
 rum, ac sententiarum, quid potissimum sen-
 serit Aristoteles conantur exculpere. Habi-
 tus est etiam Chaldaicis literis apprime do-
 ctus; sed re vera totam illam disciplinam
 contempsit, ac deridiculo habuit. Urbanus
 VIII. Pont. Max. merito fecit eum semper
 plurimi, & tum maiorem habere eum cœpit,
 eum initio Pontificatus sui, eius consilio, ex
 ancipiti morbo ereptus est, a quo fuerat pe-
 ne oppressus, nam cum inter ceteros Medi-
 cos, de aluo, quæ constiterat, medicata po-
 tione illi danda conueniret, solus restitit,
 quantum potuit, quod diceret fore vt, me-
 diam circiter noctem, id in eo a natura fie-
 ret, quod a medicata potione requirerent.
 Quæ seu vaticinatio, seu prædictio, vera est
 ea ipsa nocte confecta; itaque eum Medi-
 cum

cum sibi solum adduxit, & opiparo in Aede Diui Petri in Vaticano Sacerdotio, hoc est Canonicatu donauit. Magna cum parsimonia vixit, quamuis diues factus, hinc sexaginta, & eo amplius aureorum millia confecit, ex quorum fructibus, ex testamento, Senis tot adolescentes ex ea ciuitate, qui dent operam Iuri ciuili, Medicinæ, vel Philosophiæ aluntur, quot possint ex eis singuli quina, vel summum septena scuta quot mensibus capere. Picturæ fuit intelligentissimus, scriptique volumen, cuius titulus

Trattato delle Pitture di Roma, quod ms. extabat in Bibliotheca instructissima amici mei officiosissimi, Equitis Caroli Antonij a Puteo.

De Iulio fit mentio in libro Statutorum Collegij Medicorum Urbis, pag. mihi 112. Apud Baldum Baldi in Opere, Discorso Apologetico del vero Opobalsamo Orientale, pag. 107. ac Octauium Falconerium, in elucubratione cuius inscriptio, Discorso intorno alla Piramide di C. Cestio, pag. 12. Isidorumque Vgurgerium in Opere, Le Pompe Sanesi, par. 1. tit. 17. pag. 537. Dominicum Regi in Opere Memorie Historiche del Ven. P. Camillo de Lellis, e de suoi

suoi Chier. Regol. Ministri de gl' Infermi ;
lib.9. cap. 6. pag. 240.

Iulij quoque memoria, amplissimis consecrata est monumentis in Historia Plantarum, Animalium, Mineralium Mexicanorum, collecta a Nardo Antonio Recchi, cum expositione Joannis Fabri Lyncei, pag. 599. Petrus Castellus Opusculum de Abusu Phlebotomiae Julio inscripsit. Joannes Manelphus eidem, dicauit librum, qui prænотatur Hippocratis Aphorismi, Nicolao Leonicensi Interprete, vna cum Annotationibus quibusdam, & circa textum præcipue Joannis Manelphi.



IAVRENTIVS ROVERELLA, Italus, Nobilis Ferrariensis, pius, eruditusque, Philosophus, Medicus, ac Theologus. Ob res præclare gestas, laudibus, & honoribus cumulatus, & ob morum integritatem, præstantiamque doctrinæ, Nicolao V. Sum. Pont. cuius fuit Medicus, & intimus cubicularius, nec non alijs multis principibus viris merito carissimus. Recensere hic minime tedeat amici epistolam, Josephi nempe Lanzoni Medici Ferrariensis, dotibus scientia.

tiarum, librisque editis notissimi, datam Ferrariae 4. Kal. Septemb. 1695. En verba: *Famiglia nobilissima su, & è anche al presente in Ferrara la Rouerelli, dalla quale nacquero in ogni tempo varij soggetti grandi, tra questi risplende Lorenzo, di cui V. S. Illustrissima mi chiede notizia. Fù figliuolo Lorenzo di Giovanni Rouerelli, e di Anna Zabarelli, nobile Padouana, studiò da fanciullo la Grammatica, poi passò alla Rettorica, indi alla Filosofia, e Medicina, in cui n'ottenne la laurea dottorale; dipoi fù proueduto di una Cattedra nell' aluo nostro studio di Ferrara, ma poco vi si irattenne, perche fù dalla Republica di Venezia chiamato a Padoua Lettore in quell' Ateneo, oue lesse con molto applauso; onde il Marchese Lionello d' Este, Signore allora di Ferrara, lo richiamò alla patria, ed auena quiui concorso infinito di valenti huomini di quel tempo: quindi Papa Nicola V. inuaghitosi della virtù di un tanto Medico, l' inuitò a Roma, e lo dichiarò suo Cameriere, e Medico, e vi stette due anni continui. Lasciata Roma, andò a Parigi, e in quella Vniuersità insegnò la Filosofia, anzi colà datosi alla Teologia, n'ottenne la laurea del Dottorato. Da Francia ritornò a Ferrara, e dal Duca Borso suo padrone, che successe a Lionello, fù*

mandato *Ambasciadore* a diuersi *Prencipi*. Il *Pontefice Nicolò V.* conoscitore di quanto valeua *Lorenzo* lo spedì *Nunzio* in *Francia*, e dipoi in *Vngaria*, & allora ebbe il *Vescouato* di *Ferrara* da *Papa Pio II.* l'anno 1460. li 19. *Aprile*. Fù *Legato* nell' *esercito ecclesiastico* sotto il *Generale Orsini*, indi fù mandato *Legato* alla *Dietta Imperiale*, fù anche dipoi *Datario* di alcuni *Papi*. Partì da *Roma* aggrauato da gli anni verso la patria, e nel passare da *Monte Oliueto*, *Monastero de' Monaci Oliuetani*, colà mortalmente infermossi, e nelle braccia di suo fratello *Nicolò* morì compianto da tutti. Fù portato il suo cadauere a *Ferrara*, e fù sepolto nella *Chiesa* di *S. Giorgio*. Sicche da ciò che hò fin ora detto, appare, che il sudetto *Lorenzo* seruì di *Medico* attuale, e *Cameriere secreto*, e *famigliare* per due anni *Nicolò V.* auendolo questo *Papa* chiamato a sè in riguardo della sua virtù, e professione. Di questo nostro gran *Ferrarese Lorenzo Rouerelli*, *Medico*, e poi *Vescouo* ne parlano il *Lancillotti* nelle *Istorie Oliuetane*; il *Sansouini* nelle *Famiglie Illustri d' Italia*; l' *Abbate Vghelli* nell' *Italia Sacra*; & il *Padre Libanori* nella sua *Ferrara d' Oro*, parte seconda &c.

De eo etiam Augustinus Superbus in Opere, Apparato de gli Huomini Illustri di Fer-

rara, par. 1. pag. 12. Ab Equite Tito Strozza
Ferrariensi, hoc fuit Epitaphio Laurentius
decoratus.

Tu decus Urbis eras, magna solertia uentis

Laurenti, ad magnas res tibi fecit iter.

Nec contenta fuit Latius tua gloria terris,

Sed toto nomen claruit Orbe, tuum.

Romanus quascumque plagas te Pastor adire

Iussit, ubique tibi dextera facta fuit.

Gallia te studijs florentem vidit, & omne

Officium, grato praestitit obsequio.

Te nouerat ferox Germania, norat Iberus

Quid tibi consilij, iustitiaeque foret.

Te Duce Pannonij sauos fregere Bobemos,

Bellaque pro sancta sunt tibi gesta fide.

Amissa testis Ferraria. Praesule luget,

Mæsta suum deflet stirps Roverella patrem.

Nunc fratrum in patriæ cura translata tuorum,

Hoc tua sub tumulo clausimus ossa. Vale.

Tres habuit Laurentius fratres, summæ exi-
stimationis egregios viros. Bartholomæum,
scilicet S. R. E. Cardinalem eminentissimum.
Nicolaum, Generalem Monachorum Montis
Oliueti. Et Florium, Equitem Ordinis S.
Joan. Bapt. Hierosolymitani. Filius vero
Laurentij nepos, Rauennatensis Archiepisco-
pus fuit.

LVCAS TOZZIVS, Italus, Auerfanus, Neapoli vero educatus, vbi æque studijs sedulo nauavit operam, Doctoratusque Lauream adeptus, suæ ætatis anno 21. & a Partu Virginis M. DC. LXI. qua publice, quæ priuatim (vt ibi moris est) Mathematicas Disciplinas, Philosophiam, Medicinamque professus, quarum primas duas in scholis Societatis Iesu, tertiam ab Honuphrio Riccio, tunc temporis insigni Medicinalium, & Physiologicarum facultatum professore edoctus fuit. Cum autem excurreret annus M. DC. LXIV. occasione ingentis, atque admirabilis illius Cometæ, mense Decembris ad plures hebdomadas, summo omnium stupore visi, de eiusdem ortu, ac progressu librum edidit, cuius titulus

Recondita Natura Opera iam detecta, vbi circa quatuor causas obseruati Cometæ de Mense Decembris transacti anni 1664. Astronomicophysice edisseritur. Neapoli. Typis Hyacinthi Passari. 1665. in 12.

Notior hinc redditus, & inter publicos Archigymnasij Neapolitani professores adscitus, Medicas Institutiones, innumeris propemodum auditoribus, eximio cum plausu exponere est aggressus, atque mox doctissimi Tho-

mae Cornelij Consentini, eodem in Lyceo Medicinae theoriam, ac Mathematicas profitentis disciplinas, sed iam tum ægritudine detenti, ad annos integros vices gessit, & præter utriusque cathedrae onus, simul vna primam quoque theoreticæ Medicinæ, aliam pro regio Archiatro Andrea Lamez Hispano, in maius Proregis opus intento, ad sexennium, & ultra numeroso discipulorum auditorio sustinuit: vnde factum, vt regio postea diplomate, Medicas Institutiones, quas antea gratis prælegerat, adiecto stipendio explicandas suscepit, & post aliquot in sequentes annos ad alias, aliasque Prælectiones fuerit promotus, quousque postremo in publico complurium antagonistarum agone, prima illa Theoreticæ Medicinæ cathedra, quam multo ante vicè alterius rexerat, vniuersali literatorum suffragio fuerit potitus. Per hæc eadem tempora Patavium accersitus, & ni fallor, anno 1679, sed ne Neapolitanam, quam vnice semper dilexerat urbem, insperato desereret, Antenoreum Lyceum illud adire renuit. Inter cetera praxim medicam, ne dum per vniuersam urbem, & in præcipuos, prioresque tam infirmi, quam supremi ordinis viros exercuit, sed & in publico Diuæ Mariæ Annunciatæ

Xenodochio primas obtinuit, ut propterea summos in eo honoris gradus assequutus, iam ultimo Regij Generalis totius Regni Archiatrī munere decorari promeruerit. Libros edidit, quos visum est eidem, ut amicis gratificaretur sic inscribere.

Luca Tozzi Medicina Pars Prior ΘΕΩΡΗΤΙΚΗ curiosa quæque tum ex Physiologicis, tum Pathologicis de prompta, veterum, recentiorumque Medendi Methodum complectens. Lugduni. Apud Anissonios, & Ioannem Posuel. M. DC. LXXXI. in 8.

Medicina Pars Altera ΠΡΑΚΤΙΚΗ Quæ hætenus aduersus morbos adiuuentia sunt luculenter, & breuissime explicans. Auentione. Apud Iacobum Dupier. M. DC. LXXXVII. in 8.

In Hippocratis Aphorismos Commentaria. Vbi vniuersæ Medicinæ, tum Theoreticæ, tum Practicæ celeberrimæ quæstiones perpenduntur, atque nondum recentiorum inuentis, sed & genuina eiusdem Hippocratis menti congruentis quam dilucide explicantur. Opus in duas partes distributum, ac supremo Regis a latere Senatui dicarum. Neapoli. Ex Officina Sociorum Dominici Antonij Patrino, & Michaelis Aloysij Murij. M. DC. LXXXIII. in 4.

Parta itaque magna in dies nominis fama,
hoc

hoc vnum deerat maximo huic Medico, ad virtutum, doctrinarumque suarum coronamentum a Maximo eligi Principe. Accidit tandem, tunc quando post mortem Marcelli Malpighij, vniuerso terrarum Orbi celebrari, ab Innocentio XII. Maximo Pontifice, Tozzium in proprium Medicum euocatum vidimus, sub initium anni 1695. & maximam quam merebat gloriam reportauit, quod munus egregium, egregie profequitur. Eddendos habet insuper.

Commentarios in reliquos tres Aphorismorum libros, quos præ temporis angustia simul vna nequirit foras emittere. Habet æque in promptu

Commentaria in Artem Medicinalem Galeni, quæ cum quot annis explicanda sit ex vetustissimo vsu Gymnasij Neapolitani, iuxta recentiorum inuenta, ipse pro more suis auditoribus tradidit.

In schedis etiam custodit aliud grauioris momenti volumen, cuius argumentum est

De Anima Mundi. Vbi iocoseria meditatus, Physicas simul, & Ethicas speculationes in praxim ciuilem deducens, tria in tres partes distributa examinanda sibi proponit. Primum veterum Philosophantium de Anima
Mun-

Mundi sententias sigillatim enarrat ; deinde easdem ad trutinam reuocans , perbelle , ac eleganter , satis superque refellit ; tandem Physicum in Ethicum transferens , per singulas tum mechanicas , & operosas , tum speculatiuas , & liberales facultates dictas diuagatus , innumeras propemodum hominum fraudes , versutias , circumuentiones , vndique deceptionibus , ac fallacijs refertas detegit , & aperit , vt postremo concludere satagat , nescio ne serio , an iocose magis , Mundi Animam esse Imposturam , qua cunctos victum ad vitæ tuitionem sibi comparare , ac quærere experimur ; proindeque coronidis loco , in colophonem , carmen hoc italicum addiciat

E' l' Impostura l' Anima del Mondo.

De Luca tractat Nicolaus Toppius in Bibliotheca Neapolitana , pag. 193. Longe tamen melius Leonardus Nicodemus in Opere, Addizioni Copiose alla Biblioteca Napoletana del Toppi , pag. 156. Videas etiam Diarium Literatorum , editum Parmæ 1687. pag. 205. & Acta Eruditorum Lipsiensia Ann. 1694. pag. 346.

LVDOVICVS SCARAMPVVS , seu MEDIAROTA , vel EX ARENA , Italus , Patavinus , alijs Taruifinus , obscuris natalibus ,

ex aliquibus vero claro ortus genere, gestis
 tamen rebus illustris dubio procul. Artium
 liberalium, & Medicæ facultatis studijs, ac
 Physicis disciplinis imbutus, necnon (Ammi-
 rato teste in Historijs Florentinis par. 2. lib. 21.
 pag. mihi 23. ac apud Ferdinandum Leopoldum
 del Migliore, in Opere, Firenze Illustrata
 pag. 149.) Eugenij IV. Sum. Pont.
 Medicus intimusque Cubicularius, qui liqui-
 do ostendit ex Medica facultate posse pro-
 dire strenuos milites, hinc, & mederi vulne-
 ribus, & vbi opus sit infligere plagas cal-
 lent; namque Ludouicus, non tantum Me-
 dicina, quam Armorum tractatione insignis
 fuit, & vsque adeo sua militari peritia, ac vi-
 ctorijs promeruit, vt Episcopatum Tragurien-
 sem primo, deinde Archiepiscopatum Floren-
 tinum, postea Patriarchatum Aquileiensem,
 demum ab eodem Eugenio Purpuram Car-
 dinalitiam obtinuerit. Videas itaque plura
 de eo in Historia Ciaconiana Vitarum Ponti-
 ficum, & Cardinalium, Tom. 2. col. 919. &
 1118. postremæ editionis, Romanæ scilicet
 apud Philippum, & Antonium de Rubeis
 1677. ac apud alios multos ibi citatos, Hi-
 storici etenim fere omnes sui seculi de eo me-
 minere. Scriptis consignauit Ludouicus

Epistolae plures

mira eruditione refertas, quæ in Bibliotheca Laurentij Pignorijs olim asseruabantur. Publici iuris sunt illæ, quas Legatus Apostolicus apud Hungaros, Diuo Ioanni de Capistrano dederat.

E viuis abijt Cardinalis Scarampus Romæ sub Paulo II. cuius iussu summa cum pompa in Templo S. Laurentij in Damaso tumulatus, sed noctu effracto sepulchro, annulo, & veste exutus est: quare tumulus diu plane neglectus mansit, sed tandem Henrici Bruni liberalitate, e marmore cum sequenti elogio restituitur.

D. O. M.

LVDOVICO PATAVINO
 PATRIARCHÆ AQVILEIENSI
 ALBANO PONTIFICI
 TIT. D. LAVRENTII IN DAMASO. CARD.
 S. R. E. CAMERARIO.
 QVOD ANIMI MAGNITVDINE
 ET SINGVLARI PRÆDITVS PRVDENTIA
 CVM REM ROMANAM
 MVLTIPLIX HOSTIVM LABORANTEM
 LEGATVS AB EVGENIO III.
 IN SPLENDOREM PRISTINVM
 ARMIS ET VICTORIIS VINDICASSET.
 NICOLAVM PICCININVM
 APVD ANGLARIAM
 FLORENTINOS ECCLESIAE

SOCIOS INFESTANTEM
 SIGNIS COLLATIS PROFLIGASSET:
 AGRVM PICENVM
 A FRANCISCI SFORTIÆ DOMINATV
 IN DITIONEM ROMANÆ ECCLESIAE
 RECUPERASSET.
 TVRCAS SVB CALLISTO III.
 NAVALIBVS PRÆLIIS CONTVDISSET.
 AVCTORITATEM ROM. PONTIFICATVS
 LONGE ET LATE PROPAGASSET.
 DOMESTICIS QVOQVE VIRTVTIBVS
 CONSILIO GRAVITATE CONTINENTIA
 PLVRIMIS DENIQUE IN OMNEIS BONOS
 LIBERALITATIS
 ET BENEFICENTIAE MONIMENTIS
 BELLICAS LAVDES ORNATIORES
 REDDIDIT.
 HENRICVS BRVNVS
 ARCHIEPISCOP. TARENTINVS
 SVMM. PONT.
 SACRIQVE SENATVS A SECRETIS
 BRARII APOSTOLICI PRÆFECTVS
 TANTÆ VIRTVTIS
 IN LVCEM REVOCANDÆ CAUSA
 QVOQVE VETEREM SVAM
 IN EVM OBSERVANTIAM
 HOC RECENTE PIETATIS
 OFFICIO TESTARETVR
 HOC ILLI MONIMENTVM
 QVADRAGINTA AB EIVS MORTE ANNO
 SVA PECVNIA FÆCIVNDVM LOCAVIT.
 ANNO SALVTIS MDV. XII. KAL. APRILEIS
 VIXIT ANNOS LXIII. MENS. IV. DIES VIII,
 Apud

Apud Joannem Franciscum Palladium in
Opere , Historie della Prouincia del Friuli ,
par. 2. lib. 1. pag. 42. hæc alia legitur inscrip-
tio, quæ extare asseritur in Patriarchali Pa-
latio Vrinenfi .

LVDOVICVS MEZAROTA PATAVINVS
EX MEDICO
AB EVGENIO IV. S.R.E. CARDINALIS
CANCELLARIVS
ET PATRIARCHA AQVILEIENSIS FACTVS
CLASSI PONSIFICIÆ
A CALISTO III. PRÆFECTVS
CONQVISITIS REMEDIIS
PACTARVM LEGVM
INTER VENETAM REMPUBLICAM
ET AQVILEIENSEM ECCLESIAM
FORO-IVLIENSI REGIONI
DESPERATAM PACIS SALVTEM
TANDEM RESTITVIT .



ARCELLVS MALPIGHI-
VS, Italus, Bononiensis, am-
plissimi nominis Medicus,
atque Philosophus, exqui-
sita eruditione, summaque
experientia præditus, accu-
ratissimus rerum naturalium, plantarum præ-
cipue præcipuus rimator. Pluribus Vniuer-
sitatibus publicus Medicinæ Professor illuxit,

nempe Bononiæ Pifarum, ac Messanæ cum ingenti honorario. Vixit Innocentij XII. Pont. Max. Archiater, notissimus Operibus editis, a cunctis laudatis viris laudatus eximie, & merito, planeque dignus, qui diutissime viveret, & excelsas eius doctrinas fecundiores omnes calami præconijs extollant, ac eruditissimis eiusdem scriptis totus applaudet Orbis. Habemus nempe ab eo sequentia Opera.

De Externo Tactus Organo Anatomica Observatio. Neapoli. Apud Aegidium Longam. 1665. in 12.

Tetras Anatomicarum Epistolarum de Lingua, & Cerebro. Ac D. Caroli Fracassati, quibus accessit Exercitatio Anonymi de Omento, Pinguedine, & Adiposis Ductibus. Bononiæ. Typis H. H. Victorij Benarij. M. DC. LXV. in 12.

Dissertatio Epistolica de Bombyce. Londini. Apud Ioannem Martyn, & Iacobum Allestry. 1669. in 4.

Dissertationes Epistolice due, una de formatione Pulli in Ovo, altera de Bombyce. Londini. Impensis Ioannis Martyn. 1673. in 4.

Exercitationes de Structura Viscerum, nominatim Hepatis, Cerebri, Corticis, Renum, Lienis, cum Dissertatione de Polypo Cordis: quibus accesserunt ob materiae vicinitatem eiusdem Malpighij

Malpighij Epistola due de Pulmonibus . Editio altera correctior . Francofurti . Apud Augustum Boetium . 1678. in 12.

Anatome Plantarum . Cui subiungitur Appendix , iteratas , & auctas eiusdem Malpighij de Ovo Incubato Observationes continens . Londini . Impensis Ioannis Martyn . M. DC. LXXV. in fol.

Anatomes Plantarum Pars Altera . Londini . Impensis Ioannis Martyn . M. DC. LXXIX. in fol.

In Volumine indigitato Giornale de' Letterati per tutto l'anno 1689. edito Parmæ, pag. 285. legitur eiusdem Marcelli doctissima

Epistola Magnæ Societati Regiæ Anglicanæ . Cui Regiæ Societati adscriptus extitit.

Joannes Bohn professor Lipsiensis dicauit Malpighio Opus prænotatum , Circulus Anatomico-Physiologicus , seu Oeconomia Corporis Animalis &c. Ad Marcellum quoque Antonius Felix Marsilius dedit litteras , Bononiæ impressas cum hoc titulo, Relazione del ritrouamento dell' Voua di Chiocciolle &c. Jacobus etiam Cantellius dedicauit Malpighio librum, cuius titulus , Anonymi Dialogi tres. 1. De Constantia in Aduersis . 2. De Dignitate tuenda . 3. De Amore erga Rempublicam.

Die

O 2j Nouer

Die vigesima nona Nouembris an. 1694:
 obiit præstantissimus hic Medicus, qui pro-
 fecto ad studia natus, denatus est inter studia.

MATTHÆVS CVRTIVS, Italus, No-
 bilis Ticinensis; Clementis VII. Pont. Max.
 Medicus. Audiatur Hieronymus Ghilinus
 in Opere, cui titulus præfixus, Teatro d'Huo-
 mini Letterati, Vol. secondo, pag. 195. *Dalla
 chiara, e continuata gloria de' suoi maggiori,
 non degenerò punto Matteo Corte, nato nella
 Citta di Pavia sua antica patria, il quale riu-
 scito nella Medicina celebratissimo Dottore, pa-
 reggiò l'eccellenza di qualunque altri nel suo se-
 colo espertissimo professore; essendo egli stato quelli,
 che rauuiò con tanto beneficio de' studiosi dell'
 arte, la vera maniera del medicare secondo Hip-
 pocrate, e Galeo. Esercitò sempre la Medicina
 con sua grandissima lode, e fù nelle sue cure
 assai felice; onde si acquistò così gran credito, e
 così buona opinione, che da parti etandio stra-
 niere veniua come vn Esculapio sommamente ri-
 cercato, e com: prencipe de' Medici del suo sem-
 po era riuertito. Clemente Settimo Sommo Pon-
 tefice lo volse appresso alla sua persona così in Ro-
 ma, come quando vsciua da quella Città, & all'
 hora quando andò a Marsiglia per causa di vn
 matrimonio tra la figlia di suo fratello, & il Del-
 fino*

fino di Francia, che fu poi il Re Henrigo secondo. Questa veramente celebre fama del valor suo, mosse anco alcune principali Vniuersità ad hauerlo per publico loro Lettore di Medicina, come la sua patria, Padoua oue lesse l'ordinaria teorica, Bologna, Fiorenza, e Pisa. Scrisse molto intorno alla sua professione, e poco si vede alla stampa del suo: le composizioni, che dal Mondo sono godute, hanno i titoli seguenti, cioè

De Prandij, ac Cœna modo libellus.

De Vena Sectione liber.

In Mundini Anatomem explicatio.

De Dosibus, seu de iusta quantitate, ac proportione Medicamentorum Opusculum.

De Aqua bonitate.

Mentre in Pisa con gran concorso d'uditore attendeva alla sua publica lettura infermossi, e nell'età di settant'anni passò a miglior vita l'anno 1544. e fu il suo cadauere sepolto in Campo Santo. Cosimo secondo Duca di Fiorenza fece mettere sopra il suo sepulcro l'epitaffio seguente, cioè

MATTH. CVRCIO TICINENSI
QVI
HIPPOCRATIS GALENIQVE VINDEK
SALVTIS AVGVRIVM EGIT
MEDICINAMQVE EXERCENDO
ET DOCENDO

IPSE

IPSE VALENS SEMPER EXCOLVIT:
 MONUMENTVM HOC
 AMPLIVS QVAM F. F. T. P. I.
 COSMVS MED. FLORENTIÆ DVX II.
 AERE SVO P. C.
 ANNO M. D. LXIV. VIXIT ANN. LXX.

Fertur Matthæi culpa obijſſe Clementem VII. eo quia commutata viuendi ratione, longiorem vitam promittens, breuiorem reddiderit, ex Auguſtino Oldoino in noua additione Vitæ huius Papæ, Tom. 3. col. 470. nouiſſimæ editionis Vitarum Pontificum.

Eſt etiam Matthæi mentio in libro Statutorum Collegij Medicorum Urbis, pag. mihi 106. Celebraturque in Dialogo de Patrijs Illuſtrium Doctrina, & Scriptis Virorum Ioan. Andreæ Quenſtedt, pag. 286. A Nicolao Maſino, in Opere De Celidi Potus Abufu, lib. 2. pag. 219. A Baldo Baldi, del vero Opobalſamo Orientale, Diſcorſo Apologeticò, pag. 106. A Joanne Nicolao Paſchali Alidoſio in libro, Li Dottori Foreſtieri, che in Bologna hanno letto Theologia, Filoſofia, Medicina, &c, pag. 54. Videndus quoque Joan. Anton. Vander Linden, lib. 1. De Scriptis Medicis; qui alia refert Matthæi Opera præter ſuperius relata.

Habuit Curtius controuerſias aduerſus Andream

dream Turinum de Prandio, & Cœna, item de loco mittendi sanguinem in Pleuritide.

Hieronymus Donzellinus in Epistola, qua consolatur Matthiolum aduersus inuidos, & blaterones (legitur in lib. 4. Epistolarum Medicinalium Matthioli, pag. mihi 148.) de Curtio ita differit. *At vero Matthæus Curtius cum Medicinæ præcepta, ac difficiliores Artis locos, solertissima perspicacis animi vi publice interpretaretur, senioribus suæ ætatis Medicis somnare videbatur. Arabum enim, ac Sophistarum glandibus affueti, suauiolem Hippocratis, & Galeni cibum rudes, ac stupidi aspernabantur. Grauiâ igitur certamina sustinere est coactus. Et quamuis scribendo parum esset felix, de Phlebotomia tamen rite instituenda, Commentarium edere ad ingentem eorum, qui sibi repugnabant Medicorum stuporem excitandum, fuerit cum summa necessitate compulsus.*

MATTHIAS NALDIUS, Italus, Senensis, Philosophus, & Medicus, numeris omnibus absolutus, magnaque eruditionis, atque ingenij fama spectabilis, vtriusque linguæ, ac Hebraicæ, Chaldaicæ, & Arabicæ cællens. Cum doctrinæ, & prudentiæ specimen in rebus Medicis dedisset, a Magno Etruriæ Duce missus fuit ad curandum Damia-

sci Principem, fontico laborantem morbo,
 & gloriose se gessit. Tantam apud eiuſ
 suos omnes de se opinionem concitauerat, vt
 plerique suæ valetudini admouerent, nec raro
 ab exteris vocabatur. In patria quoque pu-
 blicis in scholis se magistrum præbuit. Tan-
 dem Cardinalis Fabius Chisus Senensis, post
 Innotentij X. obitum, Petri ascendens Ca-
 thedram, sub nomine Alexandri VII. suum-
 que Medicum cum nominasset laudatum,
 Joannem Jacobum Baldinum, qui ob fene-
 stratem, ægramque valetudinem, ab hoc mu-
 nere se abdicauit, Matthiam, quem penitus
 pernoscebat, tunc Pisis profitemem, in Joan-
 nis Jacobi locum sublegit, atque semper fa-
 miliari colloquio adhibuit, subcisiuis præser-
 tim horis, admodum Matthiæ eruditione om-
 niscia oblectatus. Nonnulla edidit Naldius
 Opera, sequentia ego præ manibus habui,
 quibus nomen fecit.

ΠΑΡΟΙΛΙΑ *Mundi Vniuersi Amicitia, cui dis-
 fidentes Philosophorum opiniones conciliantur, &
 parantur ex re Medica amicitia, & præsertim Con-
 iugijs conducentia Formositas, & Facunditas.
 Senis. Apud Bonetos, typis publicis. 1647.
 in 4.*

*Regole per la cura del Contagio. In Roma
 per*

per Il Mascardi. 1636. in 4.

Alia multa elucubrauerat, & senex pene capularis statuit foras emittere, ac incepit, sed vitæ cursum peregit dum sub prælo haberet Opus, quod inscribitur

Res Medice Prodromi, præcipuorum Physiologiae problematum tractatus, quibus Peripateticæ doctrine noua traditur etymologia: & quæstiones de primo cognito: de Cæli corruptibilitate: de anime humane essentia: de continui diuisione &c. enodantur; & ostenditur Aristotelem Peripateticorum Principem cæteris Philosophis Ethnicis Christiana Religioni propiora sapuisse, miraque ingenij sublimitate animorum non solum immortalitatem docuisse, sed etiam Calorum creationi, & eorundem animorum reditui protulisse non repugnantia. Opus ad animos recte dispositos in veritate confirmandos, aberrantes vero in viam reducendos accomodatam. Romæ. Ex Typographia Ignacij de Lazaris. M. DC. LXXXII. in fol.

Alia Opera forsân seruantur adhuc apud heredes, quibus reliquit diuitiarum copiam. Emicuit etiam Matthias Lector in Romano Athenæo.

Plura de eo apud Isidorum Vgurgerium in Operes Le Pompe Sanchi, par. I. tit. 17. pag. 541. In Descriptione Archyginasij Romane Sapient-

piencia, pag. 95. In libro Statutorum Collegij Medicorum Almae Urbis, pag. mihi 115. In Anastasi Corticis Peruuiae, seu Chinae Chinae Defensione, Sebastiani Badi, lib. 3. pag. 239. In Vita Alexandri VII. Tom. 4. Vitae Pontificum Ciaconij, nouissimae impressionis. Vopiscus Fortunatus Plempius Naldo dicauit Opus, cui titulum inscripsit, Clarissimi, & Excellentissimi Doctoris Abualijbn-Tsina, qui haecenus perperam dictus est Auienna Canon Medicinae &c.

MICHAEL MERCATVS, Italus, Miniatis, non minus insigni virtutum splendore, quam praecellenti doctrinarum uertate diues, Clementis VIII. Pont. Max. Medicus ornatissimus, Diuoque Philippo Nerio admodum carus, & ad rem legitur in huius Sancti vita, edita a Jacobo Riccio, lib. 3. cap. 4. pag. 268. *L'istesso, succedeste nella persona di Michele Mercati da S. Miniato, Medico famoso, e suo familiarissimo amico, il quale sendo ridotto in caso di morte, Filippo sempre disse a suo padre, che anch'esso era Medico, e si chiamaua Pietro Mercati, non dubitare, non dubitare, che tuo figliuolo non morrà, e dicendoli un giorno, Padre siamo ridotti a minuti, Filippo gli rispose, non s'ho io detto non dubitare, che non*

morrà? Sappi, che il Signore non lo vuole ancora, ma ce lo vuole riserbare a qualche tempo: come auuene, perche sopravisse undici anni, e fu Medico di Papa Clemente Ottauo, e da lui fatto Prelato, a cui Filippo predisse la morte, come auanti gli haueua predetta la vita. Scriptis mandauit Michael

De gli Obelischi di Roma. Alla Santità di Sisto V. In Roma. Appresso Domenico Basa. M. D. LXXXIX. in 4. Hoc ad vmbilicum, perduxit opus permirum in modum, iter nempe faciens, scilicet quando Cardinalem Hippolytum Aldobrandinum, in Poloniam de Latere Legatum affectatus est. In Opus tamen hoc animaduersiones nonnullas, Michaelem culpando, fecit Latinus Latinus, quomobrem eruditissimus Michael alium statim librum euulgauit sub hac inscriptione

Considerationi sopra gli Auuertimenti del Signor Latino Latini intorno ad alcune cose scritte nel Libro de gli Obelischi di Roma. Insieme con alcuni sopplimenti al medesimo libro. In Roma, Appresso Domenico Basa. 1390. in 4.

Prælo etiam dedit

Instruzione sopra la Peste, nella quale si contengono i più eletti, & approuati rimedij, con molti nuoui, e potenti secreti, così da preseruarfi,
come

come da curarsi. Aggiunti tre altre Istruzioni sopra i veleni occultamente ministrati, Po-
-dagra, & Parisisi. Non Roma. Appresso Vincen-
-tio Accolto. M. D. LXXVII. in 4.

Clemens VIII. tandem Præulem Merca-
-tum, Præceptorem S. Spiritus in Saxia fecerat,
- sed antequam magnificentissimi muneris pos-
- sessionem adiret, diem clausit extremum.

Meminere insuper de eo Philippus Labbe,
- in Mantissa Antiquariæ Supellectilis, pag. mi-
- hi 377. Florauantes Martinellus in Roma ex
- Ethnica Sacra, cap. 13. pag. mihi 435. Gaspar
- Aluèrus, in Opere, Roma in ogni stato, par.
- 2. pag. 264. Dominicus Panarolus in Opere,
- De Necessitate Botanices, pag. 372.

Michaelis auus fuit Michael senior, Merca-
-tus, Philosophus, nulli sui inferior, cui, cui
- res accidit dubio procul mira, que ab emi-
- nentissimo Baronio Tom. 5. Annalium nar-
- ratur, ad annum 1411. prope finem, ego de
- verbo ad verbum haud rescribere sum graua-
- tus. A quo accipi auctorem proferam (ait) nem-
- po integerrime fidei virum, Michaellem Marca-
- tum Miniatesem, S. R. E. Protonotarium, pro-
- bitate monum, atque doctrina spectatum, & ipse
- enim narrauit de auro suo, eodem quo ipse nomi-
- ne inuicupato, Michaelle Ankersato, seniore, cui

cum

cum *Marsilio Ficino*, nobilissimi ingenij viro, &
 summa intercedebat amicitie consuetudo, pariter,
 & aucta philosophicis facultatibus, in quibus
Platonem ambo affectabantur auctorem. Accidit
 autem aliquando, ut ex more, quidnam post obitum
 superesset homini, ex eiusdem *Platonis* sententia,
 sed non sine tamen trepidatione deducerent,
 quae labantia *Christiane fidei sacramentis*
 suffulcenda essent: eo enim argumento extat
 eiusdem *Marsilij* ad ipsum *Michaelem Merea-*
tum erudita quidem epistola de animi, & Dei
 immortalitate. Cum vero inter differendum eorum
 progressa longius fuisset disputatio, eam ad
 calcem perductam, illo clauserunt corollario, ut
 iuncta simul dextera pacti fuerint, uter eorum
 ex hac vita prior decederet (si liceret) alterum
 de alterius vite statu redderet tertio. Quibus
 inter se conuentis, ambo iurati ab inuicem disces-
 sere. Interlapso autem haud breui temporis spa-
 tio, euenit ut cum summo mane idem *Michael*
senior in philosophicis speculationibus vigilaret &
 ex inopinato strepitum, velociter currentis equi,
 eiusdemque ad ostium domus cursum sistens
 audiret, vocemque simul *Marsilij* clamantis: O
Michael, o Michael, vera, vera sunt illa. Ad
 vocem amici *Michael* admiratus, assurgens, fe-
 nestramque aperiens, quem audierat, vidit post

terga, ad cursum iterum actu equo candido, candidatum: profecutus est cum voce, Marsilium, Marsilium inuocans, profecutus & oculis: sed ab eis euanuit. Sic ipse nouus casus stupore affectus, quid de Marsilio Ficino esset sollicitius perquirendum curauit (degebat ille Florentiae, ubi diem clausit extremum) inuenitque eundem illa ipsa hora defunctum, qua eo modo auditus, & visus est sibi. Quid tum ipse? Licet enim antiquae probitatis vir esset, innoxiamque, & proficuum omnibus vitam haectenus excolisset (proue decebat vere Philosophum) ex eo tamen tempore, uale dicens philosophicis disciplinis, solius Christianae Philosophiae ceteris eminentioris propensior cultor effectus, quod reliquum fuit temporis, Mundo defunctus, soli uitae futurae uixit, specimen edens absolutissimi omnibus numeris Christiani, qui inter Philosophos sui temporis magna cum laude claruerat nulli secundus.

MODESTINVS CASSINVS, Italus, Elpidianus (recaesente Andrea Baccio, Modestini discipulo, in Naturali Vinorum Historia, lib. 5. pag. mihi 250.) egregius Artium, & Medicinae Doctor, ac in Historiarum iudicijs uersatissimus, Beati Pij V. Pont. Max. Medicus, Equestri dignitate insignitus, totaque Italia famigeratissimus extitit.

Tractant pariter de eo Natalis Medaglia, in libro nuncupato Memorie Historiche della Città di Cluana; detta oggi Terra di S. Elpidio: Camillus Medaglia in Municipio S. Elpidij. Laudatus Baccius in Opusculo inscripto l'Origine dell' antica Città di Cluana, che oggi è la nobil Terra di S. Elpidio. Hi Scriptores omnes, Cassinam Familiam vetustissimam, prænobilemque dicunt. Camillus vero, ac Natalis Medaglia nominant Marcum a S. Elpidio, ex hac Cassina familia progenitum, a Gregorio IV. Presbyterum Cardinalem, Tituli S. Stephani in Monte Caelio creatum. Sed hoc cum plane non constet, a veritate omnino seiunctum esse arbitror. Celebrant quoque Ludouicum Cassinum I. V. D. excellentissimum, qui Maceratense Collegium ad pueros instruendos, laudabiliter anno 1629. crexit, cuius rei memoria in Palatio Priorali S. Elpidij extat his verbis.

PERILLVSTRI
AC ADMODVM REV. DOMINO
D. LVDOVICO CASSINO I. V. D.
EXCELLENTISSIMO
ET CONCIVI NOSTRO OBLIGATISSIMO
QVI
COLLEGIVM MACERATENSE
AD INSTRVENDOS PVEROS
Y NO-

NOBIS LIBERALITER EREXIT
 ET VNIVERSITAS BENEFICII GRATIA
 AD PERPETVAM MEMORIAM FECIT.
 DIE. IX. FEBRVARII M DC XXXVI.



NICOLAVS MASINVS, Ita-
 lus, Nobilis. Cefenas, mi-
 nime prætermittendus est,
 Physicus. namque illustrissi-
 mus, a Clemente VIII. Pont.
 Max. delectus, Medicus Pon-
 tificius dictus fuit, quamuis oblatum hoc ma-
 gni faciendum munus, inepte recusauerit.
 Audiamus Janum Nicium Erythræum perbel-
 le de Nicolao scribentem in Pinacotheca pri-
 ma, Imag. 150. *Paucos, ac vix paucos proferre
 ex omnibus possumus, qui nostra memoria, lite-
 rarum studia coluerint, in quos plura virtutum
 omnium ornamenta conuenerint, quam que in
 Nicolao Masiao Casenate existerunt; quibus ille,
 non patriæ solum suæ, Aemiliæque, sed Italiae
 etiam vniuersæ, dignitatis, ac splendoris pluri-
 mum attulit. Etenim tum hæc plurimissima in eo
 literæ eminebant, quæ ab humanitate nomen in-
 uenerunt, tum ille quæ, recondita in arte, sum-
 maque rerum in obscuritate versantur, Mathe-
 matica nimirum, Philosophicæque disciplina se
 efferebant; ac medendi præsertim arte, in qua ex-
 cel-*

cellebat, complurium tum equalium, tum superiorum, qui magnum in ea nomen habuerunt, famam, & gloriam aquavit. Quorum studiorum cupidissimus fere ab incunte etate, Patavium se contulit, atque præstantissimis magistris in disciplinam tradidit, a quibus omnium bonarum rerum instructu, ornatuque refertus, est dimissus in patriam, ut quæ in Medicina didicerat, ad usum utilitatemque suorum civium, aliorumque transferret: in quo adeo erat felix, ut fere innumerales, periculosis implicitis morbis, ex ancipiti leuaret. Quo fiebat, ut non solum sui ciues, sed alij etiam, ac viri præsertim principes, ad quos eius virtutis fama emanarat, in dubijs suis ægritudinibus, ab eo opem atque auxilium expeterent. Quamobrem in omnibus fere consultationibus medicis, una cum Mercuriali, Cardano, alijsque summis etatis suæ Medicis, in consilium adhibitus, suam de re proposita sententiam dicebat. Sed in nemine magis quam in illo id verum esse apparuit, quod dicitur, nullam esse sapientiæ vim cæcæ, in quam non aliquis stultitiæ riuulus influat, cum eaque permisceatur. Nam fuit varius, singularis, & quibusdam in rebus, propior stulto, quam sapienti. Cuius rei plura possunt argumenta proferri; sed illud numeratur in primis, quod cum Clemens

VIII. eius virtutis fama compulsus, dandas ad eum literas curasset, ut, quod eius commodo fieret, Romam veniret, cupere enim se eius opera in tuenda valetudine vii: ille summo spacio ad deliberandum, rem ad famulam, Sanctam nomine, detulit, cui ille magnam rerum suarum fidem habebat, & ovinem rem domesticam, omnia consilia credebat, & quod illa dixisset, non femellam nescio quam, sed Delphis Apollinem locutum esse arbitrabatur; cuius ea fuit sententia, ut se loco non moueret, atque ubi iuuentutem habuisset, ibi sanctitatem ageret. Itaque, de famula sententia, rescripsit Pontifici, se maximas illi gratias agere; sed ea esse iam etate, que cupidior esset quietis, quam laboris, ocij, quam glorie; eam obstare, quo minus ultro delatum sibi beneficium acciperet. Quod cum fecisset, non irridicule urbani quidam homines dixerunt, apud Masinum plus auctoritatis, ac ponderis habuisse Sanctam, quam Sanctitatem &c. Nihil eque horrebat, ut aqua, vinique niuati haustum, atque in eius odium edidit.

De Gelidi Potus Abusu Lib. 3. Casene. Apud Bartholomæum Rauerium. 1387. in 4. In quibus multis rationibus conatur ostendere, quam sit incommoda valetudini eiusmodi consuetudo. Complura alia etiam docte, eleganterque conscripsit, sed

sed eorundem edendorum spacium illi non fuit; qua una cum magno veterum numismatum numero, in eius Bibliotheca, apud heredes ipsius iacebant in tenebris.

In Tractatu Baptistæ Codronchi de Baccis Orientalibus legitur Nicolai *Epistola* ad eundem Baptistam.

Amplissime laudatur Masinus ab Horatio Augenio, Tom. 3. *Epistolarum Medicinalium*, lib. 10. pag. 401. A Hieronymo Rubeo in *Histor. Rauenn.* lib. 11. pag. mihi 783.

Auus, & pater Nicolai fuerunt æque doctissimi Medici, & semper ex hac nobili familia prodire viri illustres: scripsit itaque Petrus Belmonti in volumine, cui titulum fecit *Genealogia dell' antica famiglia detta delle Caminate &c.* pag. 121.

Masino Masini Cavalier Cesenate, figlio del Cap. Nardo, e fratello del Cavalier Fabritio huomini bellicosi, vniti con la fazione de' Guelfi, de' quali erano capi queste due famiglie Tiberti, e Masini, benche dispoi per varie contingenze i Masini diuenissero Ghitellini, aderenti a i Conti Guidi di Bagno. La Prosapia de' Masini antica, e nobile in Cesena, ha in ogni tempo hauuto Huomini in arme, & in lettere celebri
per

per testimonio degli Scrittori Liceti, e Manzoni, fra quali si segnalano il Colonnello Giacomo in difesa della patria; e militando per Papa Clemente Settimo nella ricuperatione di Rimini, e per i Signori Venetiani nell'assedio di Padoua contro l'Imperatore Massimiliano, e trouandosi in molte imprese, e in seruijo del Re Francesco di Francia nella giornata sotto Pavia, nella quale restò prigioniero con Federico Gonzaga; ma libero diuenuto serui poscia al Duca d'Urbino alla ricuperatione de' suoi stati; indi al Gran Duca di Toscana con comandi, & impieghi di somma confidenza, morto finalmente in Pisa l'anno 1554. Giuanni Mesini figlio del detto Colonnello Giacomo fu Caualliere di Santo Stefano, e continuò la Seruitù del padre con detta Altezza nella carica di Capitano di Caualleria nella guerra di Siena. Visse ultimamente il Conte Vincenzo, giouane di gran spirito, & applicato alle azioni caualleresche; in età di anni 18. fu Capitano di Corazze; e dell'anno 1612. in una Giostra nel Saracino hauendo sfidato tutti i Cauallieri d'Italia ne riportò la vittoria, contra otto de i dieci venturieri, che comparuero in campo. Datosi poi allo studio della Matematica sotto la disciplina del gran Chiaromonti, in ogni arte peritissimo, s'approfittò in maniera, che nell'in-

uen-

uentioni di *Machine*, e mouimenti di quelle fece stupire tutti i circostanti nella famosa Comedia, rappresentata in Cesena l'anno 1619. e se da morte immatura non fusse stato preuenuto, sperar si poteuano fatti egregi d' un sì pellegrino ingegno. D' altri Huomini instrutti nelle più politiche, e nobili scienze hauendone fatta particolar memoria i citati Autori delle cose più notabili di Cesena, non dilato il discorso, riportandomi a quelli.



PAVLVS IOVIVS, Italus, Nouocomensis, teste Joann: Anton: Vander Linden in lib. 1. de Scriptis Medicis, Clementis VII. Pont. Max. perelegans Medicus. Hic est ille Paulus Jovius, Operibus editis, Historiarum praesertim voluminibus, in hominum memoria iugiter victurus, de quo agit fuse, ac luculento exornat praconio Hieronymus Ghilinus in opere, Teatro d' Huomini Letterati, Vol. 1. Sed eius verba referam. *Quella Città, che fu Patria di Plinio secondo, produsse al Mondo Paolo Gioiuso, Filosofo, Medico, & Istorico famosissimo, il quale essendo rimasto da gioninetto senza padre, fu da Benedetto suo fratello, che in età gli era maggiore, impiegato*
nelli

nelli studij delle buone lettere; con l'aiuto di queste si fece immortale per fama, seguendo le virtuose pedate di Benedetto, che ornatamente scrisse l'Historia di Como sua patria, & insieme con questa fatica fu a Paolo amorevole scorta nel dritto camino della gloria, accendendo con la domestica emulazione l'animo suo a fare il medesimo: in questo superò di gran lunga il fratello, e superò anco di fertilità d'ingegno in tutte le sue opere, quasi ogni più adorno scrittore dell'età sua. Con queste bellissime qualità andò a Roma, ove fattosi conoscere di viuace, & eleuato ingegno, hebbe grazia d'introdursi nella Corte di Leone Decimo, alla cui presenza hauendo pubblicamente lette le sue Historie, ottenne da quel dottissimo Pontefice una somma lode. Adriano Sesto lo fece Canonico della Cathedral di Como, e Clemente Settimo, perpetuo commensale, e Prelato domestico assistente; hauendoli nel Palazzo Vaticano assegnato luogo: dall'istesso Papa fu anco fatto Priore della Conuerua di S. Antonio della sua patria, & insieme Vescouo di Nocera: poscia hauendo dedicato all'Imperadore Carlo Quinto un libro scritto in Italiano, che tratta dell'origine, e successione de' Turchi, e de i loro passati Imperadori, ottenne da esso la dignità di Cauallero, e Conte Palatino: fu medesimamente premiato il suo valore

lore nello scriuere le Istorie del Gran Signore de' Turchi, dal quale hebbe in dono una Medaglia molto grande, & una penna d'oro, con altre cose di qualche prezzo. Fu egli quell'unico fabbricatore del bellissimo Museo, in cui pose le vere immagini de' gli Huomini Illustri, così nelle lettere, come nell' armi dell'età sua, con le inscripciones latine sotto a ciascuna di esse; dal che prese opportuna occasione di comporre due bellissimoi libri d' Elogij, i quali vanno attorno con gran lode non solo dell' autore, ma anco de' personaggi lodati, i quali a guisa di tante statue in honoreuoli nicchi collocate, fanno di loro stessi riguarduole mostra, e nella gloriosa luce del chiarissimo inchiostro del Giouio aprendo gli occhi, risorgono, e viuono perpetuamente: laonde per queste, & altre sue dottissime Opere, io non so con quai titoli, & elogij celebrarlo debba, essendo meriteuolissimo d'esser fin sopra le Stelle con penna d'eterno lodi innalzato: ma questa lode sarà sua peculiare, che nessuno lo possa, conforme alli suoi meriti, sufficientemente honorare. Del suo nobilissimo ingegno si vedono stampate le Opere seguenti, cioè in Latino.

Vita Illustrium Virorum Tom. 2.

Elogia Virorum Litteris Illustrium.

Elogia Virorum Bellica Virtute Illustrium.

Z

Hi-

Historiarum Vol. 2.

De Romanis Piscibus Libellus.

Descriptio Comi, & Comensis Lacus.

Descriptio Britanniae, Scotiae, Hyberniae, & Orchadum.

Descriptio Larij Lacus.

De Legatione Basilij Magni Principis Moscoviae ad Clementem VII.

De Legatione Moschouitarum Libellus.

De Piscibus Marinis, Lacustribus, & Fluvialibus. Item De Testaceis, ac Salsamentis.

Vite Duodecim Vicecomitum.

Carmina.

Turcicarum rerum: Comment. & Disciplina Turcicae Militiae.

In Italiano si vedono quest'altre Opere, cioè.

Vita di Consalvo di Cordoua.

Dialogo dell' Imprese Militari, & Amoroze.

Commentario delle cose de' Turchi a Carlo V.

Imperadore Augusto.

Lettere Volgari.

Ragionamenti sopra i Motti, Disegni d' Arme, e d' Amore, che comunemente si chiamano Imprese.

Dell' Origine, e Successione de' Turchi, e de i loro passati Imperadori.

Ne gli ultimi anni di sua vita si ridusse nella Città di Fiorenza, oue dopo hauer composti i sudetti Elogij, quali dedicò a Cosimo Primo Duca di essa Città, finì i suoi giorni nell'età di 69. anni. 7. mesi, e 22. giorni agli 11. di Dicembre dell' anno 1552. Fu il suo corpo sepolto nella Chiesa di S. Rocco, sopra della cui tomba si legge l'iscrizione del tenore, che segue, & anco si vede la sua statua di marmo bianco, che d'ordine del sudetto Duca Cosimo li fu alzata ad eterna memoria.

PAVLI IOVII NOVOCOMENSIS
 EPISCOPI NVCKERINI
 HISTORIARVM SCRIPTORIS CELEBERRIMI
 HIC DEPOSITA SVNT OSSA
 DONEC
 EXIMIA EIVS VIRTUTE DIGNVM
 ERIGATVR SEPVLCHRVM.
 VIXIT ANNOS LXIX. MEN. VII. DIES XXII.
 OBIIT .III. ID. DECEMB. AN. M.D.LII.

*Hic iacet heu Iouius Romanæ gloria Lingue
 Par cui non Crispus, non Patauinus erat.*

Poscia dell' anno 1574, fu il suo corpo messo in una più honoreuole tomba, degna di lui, che fu d'ogni grand' honore degnissimo Prelato, con la iscrizione seguente.

PAVLO IOVIO NOVOCOMENSI
 EPISCOPO NVCKERINO
 HISTORICARVM SVI TEMPORIS SCRIPTORI.
 SEPVLCHRVM
 QVOD SIBI TESTAMENTO DECREVERAT
 POSTERI EIVS INTEGRA FIDE
 POSVERVNT.
 INI VLGENTIA
 MAXIMORVM OPTIMORVMQ.
 COSMI ET FRANCISCI HETRVRIÆ DVCVM
 ANNO
 M. D. LXXIII.

Tractant insuper de eo Jacobus Gaddius, Tom. 1. De Scriptoribus, pag. 268. Ferdinandus Vghellus in Italia Sacra, Tom. 7. col. 744. Ferdinandus Leopoldus del Migliore in Opere Firenze illustrata, pag. 174. Joan. Andreas Quenstedt in Dialogo de Patrijs Illustrium Doctrina, & Scriptis Virorum, pag. 294. Nicolaus Angelus Caserius, in Synthemate Vetustatis, pag. 365. Ludouicus Jacobus a S. Carolo in Bibliotheca Pontificia, lib. 2. Joannes Imperialis in Museo Historico, & alij permulti; permulti enim scriptores Paulum laudibus illustrarunt, & non pauci e contra summopere accusarunt, reprehenderuntque.

PAVLVS ZACCHIAS, Italus, Romanus, notissimus, doctissimusque Philosophus,

phus, & Medicus, qui ingenium habuit ad plures res aptissimum, ac versatile, ad omnia porro studia factum, neque ad illa tantum, quæ sunt grauissima, vt ad Philosophiam, Medicinam, Theologiam, Iurisprudentiam, sed etiam ad leuiora, vt Poësim, Musicam, Picturamque &c. Tantus hic vir a præclarissimis scriptoribus fuit vocatus omniscius, politissimus Iurisperitiæ, Medicinæque antesignanus; Medicorum, & Iureconsultorum Mercurius; Hermes Italicus, cuius fama, nomenque longe lateque communi applausu peruagatur, & mirificam eiusdem doctrinam, omnis eruditorum chorus vnanimiter suspicit, ac veneratur, laudatores etenim Pauli innumeri fere sunt. Anceps diu fui, an inter Pontificios Archiatros Paulum recenserem, quamuis ex aliquibus notis ms. Pontificium Medicum recognoscerem: tandem lustrando librum Joannis Francisci Bonomij Bononiensis perdocti mei amici, prænotatum Del Parto dell' Orsa Idee in Embrione, Parte Seconda, pag. 322. Innocentij X. Pont. Max. Medicum nominari plane, & dilucide legi. Prætermittendus itaque haud est, & hoc teste, inter hos adnumerare non vereor, suumque locum, ac numerum obtinet. Edidit Zacchias *Quæstio-*
num

num *Medicolegalium* Opus, nunquam satis laudatum, & non semel publici iuris factum, sequentem quam habeo editionem proferam.

Pauli Zacchie Romani, totius Status Ecclesiastici Procomedici Generalis Questionum Medicolegalium Tomi 3. Editio noua, a varijs. mendis purgata, passimque interpolata, & nouis recentiorum Authorum inuentis, ac obseruationibus aucta. Cura Ioan. Danielis Horstij, diuersorum S. R. I. Principum Archiatri, & Collegij Medici Meno-Francofurtani Senioris. Opus omnibus Medicinæ, & Iuris vtriusque peritis, nec non Tribunalium (Ecclesiastici Civilis) Assessoribus maxime necessarium. Præter Indices Librorum, Titulorum, & Questionum annexus est Index Rerum Notabilium locupletissimus. Lugduni. Ex Typographia Germani Nanty. M. DC. LXXIV. in fol.

Primus Tomus continet libros V. Tomus secundus continet lib. VI. VII. VIII. & IX. Ibi dem apud eundem. Tomus Tertius, in quo continentur Consilia, & Responsa LXXXV. ad materias Medicolegales pertinentia, nec non Decisiones S. Rotæ Romanæ ad prædictas materias spectantes a Cl. D. Lanfranco Zacchia collectæ. Lugduni. Apud Claudium Langloys, & Soc. M. DC. LXXIII. Præterea

La Traduzione della Fenice di Lattantio Firmiano in ottava rima. In Roma. Appresso Carlo Vglietti. 1608. in 4.

De Mali Hipochondriaci Libri tre. In questa nuoua impressione corretti, & accresciuti dall' Autore, non solo di molte cose per entro l' Opera, ma del terzo libro intiero. Venetia. M. DC. LXV. Presso Paolo Baglioni. in 4.

Il Vitto Quaresimale - Oue insegnasi come senza offendere la sanità si possa viuer nella Quaresima. Si discorre de' Cibi in essa vsati, de gli errori, che si commettono nell' vsargli, dell' indisposizioni; che il loro uso impediscono, degli accidenti, che soglion cagionare, e del modo di rimediarui. In Roma. Per Pietro Antonio Facciotti. 1637. in 8.

Elucubrauerat alia quoque Opera multa, & quæ miss. remansere apud heredes, deperditam tamen fere omnia eorum incuria, & sunt quod sciam.

Miscellanea Tom. 3.

In Cardani librum de male medendi vsu anti-præctica animaduersiones.

Résponsorum Iuridicorum, & Consultationum Volumina plura.

De subitis, & insperatis mortis euentibus: eorumque præcognitione, & præcautione liber singularis.

De

De Maculis in utero a fœtu contractis, que vulgo dicuntur le Voglie.

De Quietè seruandâ in curandis merbis lib. 3.

De Sacræ Scripturæ Miraculis Physica Consideratio. Lib. 4.

Delle Passioni dell' Animo, e de' mali, che da esse procedono, della lor cura tanto fisica, quanto morale. Libri 2.

Della Birra, o Ceruosa Discorso Medico.

Del Contagio, oue si proua il Contagio esser men da temersi di quello che si teme. Discorso.

Del Riso, e del Pianto Libri 2.

Il Bacio. Discorso.

Poesie Varie, cioè Sonetti, Canzoni, Madrigali &c. Nonnulla ego habeo ms. Carmina Italica Pauli, mihi dono data a Siluestro Zacchia iuniore, eiusdem Pauli nepote, meo amico, Cardinalis Francisci Maidalchini Pincerna, qui mortuus est anno 1694. & præsertim Poema, cuius titulus

De gl' Innocenti Canti Cinque. Proprio Pauli charactere scriptum.

Ex hac vita migravit Romæ Paulus Zacchias, anno 1659. ætatis suæ 75. Jacet in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Vallicella in Regione Parionis. De eo etiam mentionem olim feci in mea Bibliotheca Romana, Vol. 1. Cent.

2. num. marg. 41. In Centuria vero prima
egi de

Siluestro Zacchia seniore , Juris consulto
eximio , Pauli fratre , qui claruit Rotæ Senen-
sis , Florentinæ , atque Lucensis Auditor , edi-
ditque De Obligatione Camerali Resolutio-
nes . Nec non De Modo valide contrahendi
Societates super Officijs Romanæ Curix , siue
ad formulam Instrumenti Societatis Officij ,
cum Additionibus ad suas Resolutiones de
Obligatione Camerali . Parabatque Tracta-
tum de Præcedentia , & Decisiones Varias .

In Centuria 4. tractavi de Lanfranco Zac-
chia , Pauli nepote , Laurentij filio , non ta-
men legitimo toro nato , sed qui legitime ,
doctissimi , atque integerrimi Aduocati mun-
nus in patria sustinuit , ac ingenti fama no-
minis typis tradidit Tractatum de Salario , &
Additiones ad Tractatum de Obligatione Cam-
merali laudati Siluestri Zacchiæ : eratque edi-
turus Tractatum de Assistentia Judiciali , nec
non alium De Signo Crucis , loco subscrip-
tionis facto , nisi repentina morte obiisset an-
no 1685.

PETRVS AICHSPADIVS , Basiliensis E-
piscopus , commendatus a quæsitissima litera-
tura , atque doctrina , & a virtutibus ; Medi-

cus vero eximius, eximiaque nominis æque fama Medicinam fecerat; Clementis V. Sum. Pont. aliquando a medelis, Pontificemque, grauiſſimo, & ancipiti laborantem morbo, ſanauit. Poſt receptam ſanitatē, vt gratiam reponeret Clemens, e Baſilienſi ad Mōguntinam Sedem Petrum tranſtulit, addita hac voce: quia tam felix eſſet corporum curator, maxime conuenire, vt & inſignis conſtituere- tur animarum Paſtor, Curator, & Medicus.

Ex noua Additione Auguſtini Oldoini ad Clementem V. in Opere Ciaconiano Vitarum Pontificum, poſtremæ impreſſionis, Tom. 2. col. 369. & Odorico Raynaldo in Annalibus Eccleſ. an. 1306. num. 18.

PETRVS ANTONIVS CONTVGIVS, Italus, Volaterranus, locum habet in hoc Theatro, recenſente namque Nomenclatura Medicorum Collegij Almæ Vrbiſ, pag. mihi 107. nec non laudante Baldo Baldi in Opere Diſcorſo Apologetico del vero Opobalfamo Orientale, pag. 107. Pij IV. Sum. Pont. Archiater extitit. Ingenij, doctri- næque multiplicis ornamento decoratus Contugius, ac præſtantia virtutum, meruit inter ſui Œui optimos Philoſophos, & Medicos celebrari.

PETRVS LEONIVS, Italus, Spoletinus,

validis omnium disciplinarum præfidijs instructus, Medicinam vero in clarissimis Italiæ Gymnasijs profectus est, exercuitque summa nominis authoritate, ac teste Ludouico Jacobillo in Bibliotheca Umbriæ, pag. 224. Innocentij VIII. Pont. Max. Medicus enituit. Astrologus quoque peritissimus habebatur, constatque amicis sæpe dixisse, sibi subitæ mortis periculum in aqua portendi, vnde flumina, crebrasque nauigationes formidaret. Scribit Paulus Jouijs in Elogijs Virorum Doctorum, pag. mihi 67. *Laurentio Medice summa valetudine tentato, Florentiam accitus Petrus, adeo inani, aut certe fatali spe concepta de salute decumbentis, occultans atrocis morbi impetum contempsit, ut oblata ab alijs ex arte remedia rejiceret, & insurgentis nature viribus nihil verendam morbi vim, facile cessuram polliceretur. Verum non diu post ab ea cunctatione, detecta malignitate pituitæ, egroque sensim deficiente, superuenit Lazarus Placentinus illustris Medicus, a Ludouico Sfortia Ticino missus, sera quidem afferens remedia: sed oblique Leonium iam toti familia inuisum perstringens, quod neglectis morbi initijs, facillime curationis occasiones temere contemnentijs imprudentia deperissent. Per hunc modum expirante Laurentio, Leonius ex infamia*

mie dolore commota mente, exitialem insaniam, lugentiumque familiarium lethale odium contraxit, ita, ut in proxima Caregio ville puteum, sponte, an illata vi incertum, preceps datus mergeretur. Fuere qui Petri Medicis feruida ira mortem patris vindicantis, id admissum crederent, uti Aëtius Syncerus italico carmine deploravit. Gaspar A Reies in Elyfio Iucundarum Quæstionum Campo, Quæst. 14. inquit, Petrus Medicus Leonem Medicum, doctum magis, quam felitem, in puteum præcipitavit, quod Laurentium patrem, quem cum fiducia curandum susceperat, non eadem sorte seruare potuisset. Videndus quoque Ammiratus in parte 2. lib. 26. pag. mihi 187. Historiarum Florentinarum. Tractat etiam de eo Joan. Pierius Valerianus in lib. primo de Litteratorum Infelicitate, sed perperam Florentinum dicit, pag. mihi 42.

Scriptit Petrus Leonius, ex citato Iacobillo *Commentarium in Medicinam, & Mathematicam.*

Atque ex Joan. Anton. Vander Linden, lib. 1. De Scriptis Medicis.

De Vrinis Tract: Extat cum Aegidij de Vrinis, & Pulsibus libris. Venetijs, apud Octavianum Scotum. 1514. in fol.

PETRVS PINTOR, Hispanus, Valentinus, feracissimi ingenij subtilitate pollens, Medicinæ Doct̃or, & qui se perfecti Medici exhibuit exemplar, delectusque Archiatrus ab Alexandro VI. Sum. Pont. Scripsit librum, cui nomen præfixit.

Aggregator Sententiarum Doct̃orum omnium de præseruatione, & curatione pestilentia. Romæ. Apud Eucharium Silber. 1499. in fol.

Memoratur a Joan. Anton. Vander Linden, lib. 1. de Scriptis Medicis. Ab Equite Nicolao Antonio in Bibliotheca Hispana, Tom. 2. Romæ in Ecclesia S. Honuphrij, in Petri memoriam, hoc legitur Epitaphium, legiturque apud Gasparem Aluerum in Opere, Della Roma in ogni stato, Parte Seconda, pag. 291.

D. O. M.
 MAGISTRO PETRO PINTORI VALENTINO
 ALEXANDRI VI. PONT. MAX.
 MEDICO CELEBERRIMO
 QVI
 VIXIT ANN. LXXV:
 SABATTA CONIVGI PIENTISS. POSVIT
 QVI OBIIT AN. SALVTIS CHRISTIANÆ
 M. D. III. DIE IV. MEN. SEPTEMBRIS.
 NE PETRVS PINTOR P. F.
 SEPARI VRNA IACERET

SA-

SABATTA MATER
 EODEM TVMVLO CONDI CVRAVIT
 QVI
 VIXIT AN. XXXVIII.
 OBITQVE AN. IVBILEI M. D.
 DIE VERO XXII. MEN. NOVEMBRIS.

PLACIDVS FVSCVS, Jtalus, e Monte-
 Forum, Philosophiæ, ac Medicinæ laurea
 ornatus, non medendi magis arte, quam vitæ
 probitate spectatus, Pij V. Sanctissimi Pon-
 tificis Medicus, & intimus familiaris, cuius
 notitiam mihi dedit Magister Gaudentius Ro-
 bertus, Ordinis Carmelitarum, meus amicus,
 doctrinæ titulis, domi, forisque clarus, qui
 ab hac vita ad meliorem migravit anno 1695.
 non sine maxima studiosorum iactura, literis
 ad me datis Parmæ 28. Decemb. 1692. Hæc
 sunt verba. *Non so se V. S. Illustrissima habbia
 cognitione di Placido Fosco, Medico del Beato Pio
 V. autore di un' Opera intitolata*

*De Vsu, & Abusu Astrologia in Arte Medi-
 ca. Autore Placido Fusco, Pij V. P.M. Medico,
 & intimo familiari.*

*Haueua quest' Opera ms. Girolamo Auanzolini
 ni, onde penso possa ritrouarsi a sorte nella Li-
 braria de' Signori Gambalunga in Rimini, e lo
 potrà V. S. Illustrissima sapere dal Garuffi, al
 pre-*

presente Bibliotecario di quella &c.

Excessit Placidus Romæ anno 1574. sepul-
tus fuit in Ecclesia S. Gregorij, in loco qui
dicitur Cliuus Scauri, meruitque hac hono-
rifica memoria celebrari, vti legitur in Ope-
re Florauantis Martinelli, prænotato Roma
ex Ethnica Sacra, pag. mihi 108.

I. C. R.
PLACIDO FVSCO
E MONTE FLORVM ARIMINEN.
MED. Q. DOM. COM. PALATINO
QVI
TVM IN FLAMINIA
TVM MELITÆ ATQVE SICILLÆ
PLERISQVE CIVITATIBVS
OB ADMIRABLEM
PRÆDICENDI FACVLTATEM
PROGNOSTES VOCATVS EST
TVM ROMÆ A PIO V.
IN FAMILIAM COOPTATVS
ET ANTE ET POST EVM
IN S. SPIRITVS NOSOCOMIVM
ATQVE IN S. INQVIGATIONIS
CARCEREM MISSOS.
ALIOSQVE PIETATIS ERGA PAVPERES
ANNOS XVI. CVRANDO.
OBIIT PRIDIE ID. MARTII 1574-
VIXIT. AN. 64. MENS. 5. D. 1.
THOMAS FVSCVS FILIVS
L. V. D. VNICVS HERES.

TE.

TESTAMENTO ROGATVS CVMLACHRYMIS
P.

*Post obitum viuis melius, d-leoque medendi
Artibus, extremum sepe fugasse diem.*

Claruit aq̄ue Lactantius Fuscus, Placidi
frater, vir apprime doctus, vt testatur inscrip-
tio in Ecclesia S. Honuphrij in Janiculo, iu-
supra viam longam, & est

D. O. M.

LACTANTIO FVSCO I. V. D.
ARCHIPRESBYTERO M. FLOR.

ARIMINENSI CANONICO

HEBRAICIS GRÆCIS LATINISQVE LITERIS
ERVDITO.

PIETATE PROBITATE COMITATE

OMNI DENIQVE VIRTUTE CLARISSIMO
ÆTATIS FLORE MORTE SVBREPTO.

PLACIDVS FVSCVS ORBATVS TANTA SPE
FRATRI CARISSIMO B. L. P.

NATVS EST POSTHVIVS 3. NON. SEPTEMB.
AN. 1512.

OBIIT 5. ID. IVNII 1559.

VIXIT AN. 47. MENS. 10. DI: 22.

*Hic vicit sortem, potuit non vincere mortem,
Dum sortem vicit, mortuus occubuit.*

Extat hæc inscriptio quoque apud lauda-
tum Martinellum in libro laudato, pag. mihi
265. necnon apud Casparem Aluerum in Ope-
re,

re, Roma in ogni stato, par. 2. pag. 293.

POMPEIUS BARBA, seu DALLA BARBA, Italus, Piscienfis, Philosophiæ, Medicinæque Doctor nominis non obscuri, in curandis morbis insigniter exercitatus, ac (testis ut est Ludouicus Domenichi, in volumine, cuius hoc lemma, Facetiæ, Motti, e Burle di diuersi Signori, e persone priuate, lib. sexto, pag. mihi 295.) Pij IV. Sum. Pont. Medicus. Suum porro munus diligentissime, doctissimeque Pompeius peregit, famamque tulit, atque adeo Pontifici gratus, ut eius conuersatione summopere oblectaretur: erat enim eruditissimus, amœnus, aptissimus ad dicendum idonee, & congruenter, ingenio semper acuto, & eleganti. Elaborauit, authore Joanne Cinello meo amico, ad bonarum literarum studia nutrito, Medico olim Cardinalis Antonij Bichij, in Historia ms. adhuc Florentinorum Scriptorum.

Dialogo dell' Arme, e delle Lettere. Venetia. Per Gabriel Giolito. 1578.

Dell' immortalità dell' Anima, secondo gli Accademici Peripatetici. Firenze. 1553.

De Secretis Natura. Liber iste prohibitus est.

Le sette sposizioni di Gio: Pico della Miran-

dola, raccolte in breui somme? Pescia. 1555.

De Balneis Montis Catini. Ms. Opus non absolutum.

Dialecticam. Ms.

Poeticas Adnotationes. Ms.

Profapia dalla Barba protulit sane spectatissimos viros, inter quos nonnulli in Equestrem Ordinem cooptati florere.

POMPEIUS CAIMVS, Jtalus, Nobilis Vtinensis, Philosophus non vnus e multis, sed plane singularis, reique Medicæ peritissimus, ad cuius scientiam longum vsum, & exercitationem adiunxerat, varia etiam rerum cognitione, & lectione delectatus, Musarum quoque cultor, Musisque gratus. Videtur hic memorandus, cum Paulus V. Pont. Max. a quo in Archigymnasio Romano, Philosophiæ Cathedram obtinuerat, suum effecerat, nominaueratque Medicum. At homo, meo iudicio, in hac re haud sapiens, honorem hunc repudiauit. Cur? Hac de causa. Erat Astrologus, omnemque Astrologicis vanitatibus fidem habebat: habito itaque nuncio collati beneficij, statim voluit ex statu Galli, atque Stellarum agnoscere, an aliquid mali, vel boni sibi euenturum esset; cumque ab Astrorum affectionibus comperisset, infausto

ni-

nimum aduersoque fidere, hoc sibi collatum fuisse munus, animo obfirmato suscipere noluit, nec cuiquam auscultando, amicis qui aliter sentiebant, probe teneo (aiebat) sic habeo, sic habeto, si hoc facerem in miserabilem profecto casum inciderem. O Chaldaica deliramenta! Vnicuique huiusce doctrinae sectatori rite dicitur, sapientia tua, & scientia tua decepit te. Ad rem itaque audi Ianum Nicium Erythræum, in Epistolarum ad Diuersos lib. 4. Epistola 12. de Pompeio quoque rem ridiculam, & cachinno dignam, basilice scribentem. *Andreas Cardinalis Perettus habuit adolescentem ad manum, Cosmo Venturino nomine, qui ob fraudem capitalem, nescio quam, a se admissam, iudicium metuens, Roma decessit, & exulatum Mantuam abiit, ubi vitam, & salutem, quam a Iudicum seueritate tutam, fuga subtraxerat, ab inimicorum acerbitate incolumem prestare non potuit, nam ab illis est interfectus. Hic abiens, habitum, formam, positumque Stellarum, sub quo primum spiritum hauserat, diligenter in pagella descriptum, Cardinali reliquerat. Hanc pagellam die quodam Cardinalis, qui nimirum, quid ars istorum posset, experiretur, Pompeio Caimo Medico, qui tum optimus habebatur Astrologus, inspiciendam tradidit. Ille*

acceptam, quo melius quæ essent futura prædiceret, domum attulit, postridie reuertitur, exclamans, o fortunatum hominem, o beatum, quis quis iste est, cui tantum boni Calum atque Astra denunciant! Hic nimirum, per omnes honorum gradus ad summi Pontificatus culmen euadet, fac, obsecro, hominem aspiciam, salutem, amplectar. Quæ cum ab eo dicerentur, Cardinalis vix risum tenebat; sed qua erat prudentia, rem silentio obtexit, neque, ut erat, aperuit; ne quem fortasse, ex tam ridicula prædictione, homini ruborem induceret: at eo foras egresso, omnia mihi cum risu narrauit.

Sublimem quoque Pisanae Academicæ Exedram recusauit Pompeius (forfan quia Sidera aduersa cognouerat) a Magno Etruriæ Duce, vltro simul cum honorario mille & ducentorum aureorum oblatam. Tandem maiori prudentia, sed non fortuna a Sum. Pont. Gregorio XV. in Medicum delectus, honorem non repudiavit, imo inflammato accepit animo, cui Pontifici lethalem morbum prædixit. Non satis ex sententia, eorum quæ cogitauerat, euentus sibi procedere animaduertit: quamuis credo, magnus Pompeio honos iucundior fuisset, si diuturnior. Contentiones cum Cæsare Cremonino, & cum Julio Cæsare

re Lagalla adiuit circa perplexam de Caloris
 Natura apud Philosophos, ac Medicos do-
 ctrinam. Anno 1631. grassante Patavij lue
 pestifera, in Ticianum, Fori Iulij pagum cum
 sese recepisset, feбри correptus, cum famulus
 Palma pharmacum allaturus, clausis maxi-
 ma de causa Propugnaculi portis, aliquanto
 diutius detineretur, intra paucos dies, in-
 crudecente morbo, supremum diem obiit.
 Sepultus fuit Vtini in Aede B. Virginis Gra-
 tiarum cum hoc Epitaphio.

D. O. M.
 POMPEIO CAIMO VTINENSI
 EQVITI AVRATO
 PHILOSOPHIÆ AC MEDICINÆ
 IN NOBILISSIMIS ORBIS TERRARVM
 ROMANO AC PATAVINO GYMNASIIIS
 DE PRIMA SEDE PROFESSORI
 SCIENTIARVM OMNIVM
 FONTI DVLCISSIMO.
 EVSEBIVS EPISCOPVS AEMONIENSIS
 FRATRI AMANTISSIMO P.
 OBIT MDCXXXI. AETATIS SVÆ LXIII.

Hæc Pompeij doctorum manibus teruntur
 scripta ab Jacobo Philippo Tomafino in Elo-
 gijs Virorum Literis, & Sapientia Illustrium,
 par. 2. relata.

De Calide Innato Lib. 3.

De Februm Putridarum Indicationibus Lib. 2.

De Nobilitate.

Dell Ingegno Humano Lib. 2.

*Parallelo Politico delle Republiche Antiche, e
Moderne Lib. 2.*

Dialogo delle tre Vite reputate migliori.

*Desiderata vero in scrinijs heredum seruan-
tur, quæ sequuntur.*

*De Humana Anima secundum veterum sen-
tentiam Theoria, 4. libris comprehensa: quibus
Hippocratis, & Galeni inter Medicos, Plato-
nis, & Aristotelis inter Philosophos, doctrina
explicatur.*

*De Misti Generatione, eiusque naturali in-
teritu.*

*Medicina Philosophica libris duobus compre-
hensa: quibus præcipua Theoremata Medica
apud Platonem, & Aristotelem pertractata ex-
plicantur.*

*De Duplici Peripateticorum Intellectu Com-
ment:*

*Medici Institutio ex Hipp: libro, Legis nomi-
ne inscripto.*

*De Iuvantibus, & Ledentibus Humanum Cor-
pus a sola substantia Liber.*

De Hippocratica Viçtus instituendi Methodo

Li-

Liber: in quo aduersus Cardanum, & Argentarium Galeni doctrina defenditur.

De Quatuor in Humano Corpore Membris, Principij rationem habentibus Libri 4. in quibus Aristotelica, & Galenica de hoc argumento Placita conferuntur.

De Melancholice Cognitione, & Curatione.

De sui Cognitione.

De Scientie Natura, & Acquisitione Liber 1.

De Dolore Disputatio.

De Humana Longeuitate, & Annis Climactericis Tractatus.

Dissertationes in Aphorismos Hipp: & illa Galeni, & Auicennae Opera, quae publice Patavij explicantur.

De Medicina sibi facienda.

De Ventorum Natura, & Differentijs Lib. 1.

De Cognoscenda, Producendaque Senectute Lib. 2.

Varia Opera Veterum Philosophorum, & Medicorum e Graeco sermone in Latinum conuersa, & Commentarijs illustrata.

Tractant de Pompeo pariter Iohannes Franciscus Palladius in Opere Historia della Provincia del Friuli, Parte Seconda, Libro Ottavo, pag. 294. Laudatus Janus Nicius Erythraeus

thraeus in Pinacotheca Prima, J. magine 257
 Carolus Cartharius in sæpe memorato Athe-
 næo Romano m. Joan. Anton. Vander Lin-
 den, Lib. primo De Scriptis Medicis.

De Caima Familia, quæ iure gloriatur
 viros habuisse præstantes, deque Eusebio Cai-
 mo, Episcopo Aemoniensi, nostri Pompeij
 fratre, videndus item Philippus Tomafinus
 vbi supra, atque Ferdinandus Vghellus in
 Italia Sacra, Tom. 5. col. 230.



RODULPHVS SILVESTRI-
 VS, Italus, Bononiensis,
 certe non syluestris, sed Me-
 dicinæ scientia, Philosophiæ-
 que florens, multarumque
 virtutum floribus præsignis;
 Summorumque Pontificum Gregorij XIV.
 & Clementis VIII. Archiater: & quadam er-
 ga Sanctum Philippum Nerium religione
 præcipue memorabilis. Dium hunc ægro-
 tum aliquando curauerat, ipseque ægrotus,
 morbo ab eo eximitur, teste Antonio Gallo-
 nio in S. Philippi Vita, pag. 241. *Grauis-
 simis namque (inquit) improviso stomachi doloribus,
 alijsque seuis symptomatibus oppressus (idest
 Rodolphus) cum a medicamentis præsidium nul-
 lum*

lum haberet, ab alijs rebus id petendum esse cen-
 fet: itaque memor in ipso periculo Beati Patris
 (salus enim in angustia iam erat) eius opem fi-
 denter implorat. Quo peracto melius confestim
 habuit, dulcique mox somno correptus ad unam,
 & dimidiatam horam dormiit: experrectus omni
 eo morbo liberum se sensit. Tum B. Patris Se-
 pulchrum venerabundus inuisens, vossuam ta-
 bellam, hac inscriptione notatam, inibi appen-
 dit, miraculi ad posteros certissimum indicium.

DVM VARIIS, SÆVISQVE SYMPTOMATIBVS
 MORI ME SENTIO,
 IMPLORATO BEATI PHILIPPI AVXILIO
 PLACIDVS SOMNVS ME ARRIPVIT,
 ET STATIM CONVALVI.

Romæ in Ecclesia S. Mariæ in Dominica
 sepultus fuit Rodolphus cum hac breuissima
 inscriptione.

RODVLPHI SILVESTRI BONON.
 ARTIVM ET MED. DOCT.
 SEPVLCRVM.

Memoratur, laudaturque in Libro Statu-
 rorum Collegij Medicorum Almæ Urbis, pag.
 mihi 109. A Baldo Baldi in Opere, Discor-

so Apologetico del vero Opobalsamo Orientale, pag. 107. A Joanne Nicolao Paschali Alidosio in Vol. inscripto, I Dottori Bolognesi di Teologia, Filosofia, Medicina, ed Arti Liberali, pag. 167. A Joan. Anton. Vander Linden lib. 1. de Scriptis Medicis, qui asserit edidisse Rodulphum in lucem, Hieronymi Cardani Opus nouum de Sanitate tuenda.

ROMVLVS SPEZIOLI, Jtalus, Firmianus, Philosophiæ, ac Medicinæ Doctor primæ notæ. Post iacta Artium fundamenta in patria Vniuersitate, in qua laureatus fuit, in varijs Piceni vrbibus, tum operam, tum consilium in re medica præstitit, ea quippe prudentia, doctrina, & integritate, vt omnibus in locis, sui desiderium reliquerit. Ad Sacras lustrandas Fores, a Clemente X. Sum. Pont. anno Iubilei referatas, se contulit, & in Vrbe, re medica perspecta, animoque reuoluens, Romam iugiter fortunæ, & virtutis Theatrum esse amplissimum, hic commorari constituit, idque tanta animi alacritate fecit, vt dehortantibus amicis, palam omnibus responderet, se paratum esse adhuc vberiora dimittere (dimiserat enim amplum stipendium, quod ab Aefinis ciuibus obtinebat) eo quia maiora in Vrbe sibi affutura prævideret, ac

Ro.

Romam Romulo minime defuturam certa spe teneretur. Spes cum quidem haud fefellit, dictisque respondit euentus, cum vix vno, aut altero elapso mense, ab eius ad Urbem aduentu, a Decio S. R. E. Card. Azzolino, ad Christinam Alexandram Sueciæ Reginam adductus fuerit, atque cum sapientissima Heroïna, Romulum de rebus Philosophicis, & ad artem medicam spectantibus, pluries accurate differentem auscultasset, illum permultis encomiorum titulis, apud Card. Azzolinum cõonestavit, Medicumque intimum (defuncto Cæsare Macchiato, Firmiano, eiusdem Reginæ Medico celeberrimo) aucto etiam honorario, sibi asciuit; sibi que regium animum ita Romulus deuinxit, eique semper ita gratus, acceptusque extitit, ut etiam in vltimis, quas Regina obsignauit tabulis, integrum honorarium, donec in viuis ageret, soluendum ab herede mandauerit. Principibus æque viris, Sanctæque Rom. Ecclesiæ Cardinalibus multis gratissimus, Cardinali præsertim Petro Ottobono, qui ad summum Pontificatum euectus, sub Alexandri VIII. nomine, Romulum adlegit Medicum, intimumque Cubicularium; doctissimo sane Pontifici, ingeniorum æstimatori acerrimo,

probatissimus emicuit : ac Sacerdotiō (Beneficiatum vocant) in Basilica Apostolorum Principis donatum vidimus , alijsque Ecclesiasticis prouentibus ditatum. Mortuo Pontifice, quando maiores ab Arte honores, & diuitias poterat experiri , Medicinæ nuncium remisit . Factus itaque Sacerdos , ægrorum curam , medicamque operam dimisit omnem, tantum sibi reseruato in Romanæ Sapientiæ Athenæo , Lectoris munere , quo studiosis omnibus , dicendi facilitate , ac perspicuitate , mirum in modum se acceptum præbet . Delicias suas in exquisitorum librorum collectione constituit, quorum selectissimo fruitur numero . Prælo submitit Opusculum, cui titulum dedit.

Atto scolare , che scrisse i fogli intitolati il Disinganno , inuia i necessarij Auuertimenti Romolo Speziati. In Padoua . M. DC. LXXXIV. in 4.

Occasione Sanctificationis Beati Laurentij Iustiniani , formis commissæ fuere Romæ eiusdem

Ponderationes Medico-Physicæ pro Veritate super dubio an, & de quibus Miraculis constet, superuenientis post concessam a Sede Apostolica Beato Laurentio Iustiniano uenerationem &c. in fol.

De eo non semel facta mentio est in Opere,

re, Vita della Ven. Madre Suor Chiara Maria della Passione Carmelitana Scalza, scritta dal P. Fra Biagio della Purificatione. Sæpius etiam in alio Opere inscripto Vita del Ven. Seruo di Dio P. Antonio Grassi della Congregatione dell' Oratorio di Fermo &c. De eo quoque cum laude scribit laudatus Ioannes Cinellus, Bibliotheca Volante, Scanzia. II. pag. 155.

Percalleo ex prisca Speziola familia, claros prodijisse viros, & præcipue mihi occurrunt Marinus Spezioli, summa prudentia præditus, & rebus in agendis dexteritate potens, diues, & præpotens, qui vitam viuere anno 1509. Antonius Spezioli ad Leonem X. Orator, vna cum Calixto Paccarone, & Thoma Euangelisti, ciuitatis Firmanzæ nomine Paulus Aemilius Spezioli, præstantissimus vir, qui vxorem habuit Elisabetham Azzolinam, Pompeij Azzolini clarissimi filiam, ac Decemviri Azzolini senioris S. R. E. Cardinalis forem.



ANCTES FLOCCVS, Jta-
lus, Firmanus, Pauli II. Sum-
Pont. Physicus: ita didici a
laudato Carolo Carthario,
in Syllabo Aduocatorum Sa-
cri Consistorij, pag. 39. ad

Joachinum de Narnia, vbi tamen tacito co-
gnomine nominatur. Cognitum vero habeo
ex familia Flecca fuisse, ex inscriptione se-
pulchrali, quæ extat Romæ in Templo Ara-
cælitano, in Sacello prænobilis Romanæ fa-
milix de Caualerijs, quæ æque legitur apud
Florauantem Martinellum in Roma ex Eth-
nica Sacra, cap. 9. pag. mihi 186. ita prolo-
quente.

Flecca Domus, nomen mihi Sanctes, Patria Firmum.
Scriptor eram, & Medicus Paule Secunde tuus.
VIX. AN. XLIIII. OBIIT III. NON. OCTOBR.
FRATRI CONCORDIALI
NICOLAUS FLOCCVS B. M. POSVIT.

Sanctes porro inter Medicos fallere nescios
fuit, peculiarique virtute, ac doctrina splen-
dorem, Pontificisque benignitatem reperiit,
atque benevolentiam.

SCIPIO LANCILLOTTVS, Jtalus, No-
bilis Romanus, qui totus in addiscenda Me-
di-

dicina incubuit, tantumque in hoc studij genere profecit, & excelluit, vt non solum in principum Medicorum numerum venerit, Medicusque Julij II. Pont. Max. verum vitæ quoque integritate, summaque erga omnes charitate claruerit. Narratur in vita huius Papæ, Tom. 3. Historiarum Pontificum, & Cardinalium, a Ciaconio, & aliorum opera descriptarum, nouissimæ editionis, quod in morbum Julius cum incidisset, & quarta ægritudinis die, adeo ingenti animi defectu oppressus esset, vt per aliquot horas ab ipsis ministris pro mortuo fuerit habitus; at Scipio Lancillottus Medicus, oblato Persico pomo, Pontificem præter omnium opinionem, in meliorem salutis spem reuocauit, mortisque liberatus periculo, ad consuetos labores redijt: tenui tamen deinde valetudine vsus est. Plane Scipio familiæ, gloria virtutum, magnisque opibus, magis, ac magis lumen præbuit, non minus, quam Horatius Lancillottus, æque Medicus, eius frater, de quo superius egi.

SEBASTIANVS VETERANVS, Pauli II. Sum. Pont. Archiater, vt edoceor a Nomenclatura Medicorum Romani Collegij, in calce libri, eiusdem Collegij Statutorum pag.

mihi 105. necnon a Baldo Baldi in Opere, Discorso Apologetico del vero Opobalsamo Orientale, pag. 106. Vir equidem pro sanitate tuenda egregius Sebastianus extitit, egregie etenim in seuerioribus Philosophiæ, ac Medicinæ doctrinis versatus, earumque sedulus, fructuosusque cultor fuit, & ei vitam ducere disciplinarum iugiter in studijs placuit.

SIGISMUNDVS BRUMANVS, Italus, Nobilis Cremonensis, Clementis VIII. Pont. Max. Medicus, fœcundo viuiffimoque instructus ingenio, mira in medendo tum facilitate, tum felicitate pollens, ac variæ doctrinæ ornamento, abstrusarumque rerum cognitione ditatus.

Huius est mentio in libro Statutorum Collegij Medicorum Almæ Urbis, pag. mihi 109. & apud Baldum Baldi in Volumine attitulato, Discorso Apologetico del vero Opobalsamo Orientale, pag. 107.

Familiam Brumanam pariter illustrarunt Cæsar Brumanus, Romæ Præsul, inter Abbreuiatores de Parco Maiori adlectus, cuius cum laude meminit alter Præsul, Joannes scilicet Ciampinus, amicus meus eximie colendus, bonarum literarum cultor assiduus, in Enarratione Synoptica Abbreuiatorum, ad

annum 1566. pag. 22. Matthæus Brumanus
 Canonicus Regularis Lateranensis, Theolo-
 gus, mox Melphiensis Episcopus, de quo tra-
 ctat Ferdinandus Vghellus in Italia Sacra,
 Tom. 1. col. 1018. insignique decoratur elo-
 gio a Celso Rosino in Lyceo Lateranensi,
 Tom. 2. lib. 11. pag. 69. diciturque author
 Tractatum De Ecclesiasticorum Redditiuum
 Juribus, & Origine: ac de Matrimoniorum
 Validitate, & Inualiditate.

Commodum hæc scripseram, quando Fran-
 ciscus Arifius Cremonensis, plenus humani-
 tatis, & doctrinæ meus amicus, qui de Scrip-
 toribus Cremonensibus Opus elaboravit, præ-
 loque parat, per Literas de Sigismundo, se-
 quentes mihi notitias præbuit, quare hic re-
 scribere necessarium duxi. Singula subnectam
 verba. Sic igitur fatur. *Sigismundus Bru-
 manus, Greci, & Latini idiomatis peritia per-
 fecte in patria instructus, Patavium exinde an-
 num circa 1553. Philosophicis, & Medicis stu-
 dijs inhians profecit, & quidem sub optimis præ-
 ceptoribus, diu, noctuque operam dedit, nilque
 illi suavius erat, quam antiquorum responsa li-
 brare, Galeni, & Hippocratis aphorismata omni
 diligentia excutere, contrariasue sententias eno-
 dando, acerrimo iudicio recondita Medicine pe-*

netralia r. serare. Indutaque Toga, quod cum illi summa omnium admiratione contigisset, ad patriam reuersus, in clarissimum Physicorum Collegium cunctis suffragijs cooptatur (in cuius albo adscripti iam fuerant ex eius gentilibus, Christophorus, quem publicum Physicæ professorem habuit Perusia; Odoardus, in quo patria nouum Aesculapium fuit admirata; Ioseph, quem Aula Saxonica, maximum Medicum obtinuit) penes affines, & necessarios cum per annum constitisset, a Cælo Romano allectus, Urbem perrexit, & ibi non modica pecuniarum erogatione, rusticum, & frugiferum fundum emit; sicque in illa primaria Orbis patria, tot virtutibus, & meritis effulsit, ut non tantum Romanus Ciuis, & Medicus nobilissimo in illo Collegio 1567. adscribi obtinuerit, ac ipsius Clementis VIII. Sum. Pont. Physicus, familiaris; & continuus comensalis, nec non totius Ecclesiastici Status Generalis Archiater meruerit declarari.

Desiderantur eius Opera, quæ ut monet Ioseph Bressianus in lib. ms. cui tit. Virtù Rauuata &c. sunt.

De modo componendi Theriacam.

De Encomijs Medicinæ lib. 2.

De Generatione, & Corruptione lib. 2.

Apud Cautellum in Annali erga finem, est de eodem

eodem honorifica mentio: Franciscus Zava, in-
 signis Orator Cremonensis in suis operibus sepe
 sepius de Sigismundo nostro, eius sororio memo-
 riam agit, eumque commendat, & precipue in
 Epistola nuncupatoria Tom. 2. Rerum Illustrium,
 Mattheo Brumano Ab. Can. Regul. & deinceps
 Nicomedensi primum, mox Melphienfi Episco-
 po directa, ubi plura adnotantur de nobilitate gen-
 tis Brumanae. Fratres habuit Christophorum,
 Tiburtium, Camillum, & Ludouicum, & so-
 rores Barbaram, & Hortensiam. Christophorus
 I. C. & Causidicus Collegiatus, sacris exinde ini-
 tiatus fuit, Ecclesie Diuae Lucie Praefectus, mo-
 rum integritate, Legum cognitione, iudicij acu-
 mine, responso- rum prudentia maxime laudatur.
 Tiburtius, miles fortissimus, qui a Sanctissimo
 Pio V. vocatus fuerat, verum morte correptus,
 captam militare munus perficere non potuit, in-
 gens quidem gloriae specimen, & laudis auitae
 in lucem, & omnium aspectum protulisset. De
 Camillo, & Ludouico nil memorabile mihi re-
 sultat. Barbara nupta fuit Francisco Zava,
 quam in 2. Tom. Epistol. Familiarium. lib. sex-
 to, extinctam deslet die 10. Iunij 1572. ut in
 Epistola ad eundem Sigismundum, & inter alia
 habet, Barbaram sororem vestram nullo genere
 modestiae, pudicitiae, temperantiae, frugalitatis,

illi veterum Matronarum cessisse, quæque vel apud Romanos, vel apud exteras nationes claruerit. Hortensia fuit in matrimonium copulata Ioanni Baptista Cropello, viro patrisio. Casarem Brumanum, Apostolica Camera Clericum, & Abbreuiatorem de Parco Maiori, alijsque titulis referunt, de quo fuit sermo, habuit consobrinum, &c.

SILVESTER COLLICOLA, Italus, ex Oppido Montis Sancti, Spoletanæ Diocesis. Postquam Philosophiæ vacauit impiger studijs, Medicæ toto pectore facultati incubuit, talisque euasit, vt Urbani VIII. Pont. Max. munificentiam promeruerit, Taddeoque Collicolæ patrio, de quo infra, in sui met Pontificis Medicum subrogauerit, ac in Romanæ Sapientiæ Cathedra successerit, cum hæc gratia, vt in dicto Gymnasio nunquam, nec aliquo tempore, nisi arbitrio, & ad suæ voluntatis liberum beneplacitum legere teneretur, & quadringentorum quinquaginta scutorum annum honorarium illi statutum fuit. Sed Urbano Pontifice e viuis sublato, Innocentius X. successor, Siluestro, quod aut e fugestu doceret, aut Lecturam dimitteret nuntiari iussit. Siluester autem, etsi doctus, eruditus, ac eloquens, ne (vt aiebat) Urbani mu-

mūnificētia, & fauore abuteretur, maluit ex professorum albo dispungi, & honorario priuari. Verum enim vero, Cardinalis Francisci Barberini, Vrbanī nepotīs, magis hac de causa liberalitatem propitiam habuit atque vtilem.

Fuse de Siluestro laudatus Cartharius in laudato Athenæo Romano ms. Julius Cæsar Benedictus a Guelfalione inscripsit Siluestro, Epistolam 3. Libri 3. Epistolarum Medicinalium. Epistolam quoque eidem expolito scripsit carmine Ianus Nicius Erythræus, quæ legitur in Tom. 1. Epistolarum ad Tyrrenum, Epist. 14. Aegidius Ghezzi, æque Siluestro dicauit Opus Pauli Zacchiæ prænotatum De Mali Hipochondriaci. Petrus Seruius pariter eidem nuncupauit Cap. 9. Miscell. Antiquit. Romanar.

SILVVS ZEFFIRI, Italus, Romanus, ingenua stirpe natus, ingenuisque artibus instructus omnibus; Medicinæ professor exactissimus; siue praxin exquireret, siue theoreticam; ob singularem industriam, indefessumque laborem vnice concupitus. Magno in honore, ac nomine vixit Pauli III. Sum. Pont. Medicus, ac sub tanti Pontificis tlypeo edidit in lucem librum, cuius epigraphe est.

Syluij Zephyri Romani, Philosophi, & Medici

dicti Pontificij de Putredine, siue de protrahenda vita libellus. Roma in Campo Flore, in Aedibus Antonij Bladi Asulani, mense Nouembri. M. D. XXXVI. in 4.

Ad scribendum librum hunc Siluium impulit quidam Tractatus de Putredine, a quibusdam Patauinis Medicis, & Philosophis compositus, in quo nullum recentiorum Medicorum, in re de putredine, ante ipsos, sine manifestis erroribus, sermonem fecisse iactabant: quapropter dignos eos castigatione putauit Siluius; sua namque sententia, non bene, neque satis perardnam de Putredine questionem explicatam cognouit, imo, vt aiebat, opinione magis, quam iudicio huiusmodi rem pertractasse.

Apud Amatam Lusitanum in Centurijs Curationum Medicinalium, Cent. L. Curat. LXXXI. ita legitur, *Zephyrus vir nobilis, & fidelis, & cui ob summas quas habet dotes, Paulus III. Summus Pontifex, Anconam Ciuitatem commendauerat, illum Arcis Praefectum, quem Castellatum vulgo dicimus, constituendo. Is enim frater est, etate senior Syluij Zephyri Medici docti, & apud Summum Pontificem in maximo habiti honore.*

SIMON A CORDO, Italus, Genuensis,
qui

qui diligentis, doctique Medici famam tulit; *felteis recordationis* (scripsit Augustinus O-
doinus in Opere Ms. apud me, sæpe allegato)
apud Romanos, quorum bone valetudini admo-
dum dum vitam vixit studuit, adfuitque Nico-
lao IV. Pont. Max. Medicus, Sacerdosque a Sa-
cello. Laudem apud posteros consequutus est
scribendo Opusculum, cui nomen dedit.

Clavis Sanitatis, in qua simplicia Medica-
menta Latina, Græca, & Arabica ordine alpha-
betico mirifice elucidat. Recognitum, & No-
tationibus Plinij maxime, ac aliorum in margini-
bus ornatum, per Georgium de Ferrarijs de Va-
rolengo Montis Ferrati. Venetijs. Apud Octa-
vianum Scotum. 1510. in fol. Apud Grego-
rium de Gregorijs. 1514. in fol.

Contexuit etiam

*Expositionem Glossæ marginalis ad Alexandri
Tralliani Libros Medicinales.* Lugduni. Apud
Franciscum Fradin. 1504. in 4. Papie. 1520.
in 8. &

*Synonima Medica, quæ per Magistrum Mun-
dinum abbreviata*, asseruantur in Bibliotheca
Regia Gallica, teste Philippo Labbe in Biblio-
theca Mss.

Ex Arabica in Latinam linguam vertit

Tractatus plures in Re Medica, & preser-

rim illum Serapionis, inscriptum de Simplicibus Medicamentis; adeo quidem docte (aiunt) & eleganter, vt si eum tolteres, magnam sane Medicinæ partem fais velut instrumentis priuares.

Authores de Simone tractantes videas apud eundem Oldoinum, in alio tamen Opere, in Athenæo nempe Ligustico, sed aduerte, quod vbi legitur Nicolao V. loco Nicolao IV. est error impressoris.

SIMON PASQVA, Italus, Nobilis Genuensis, Philosophiæ, Medicinæ, vtriusque Lingvæ callens, Theologiæque cognitione præditus, ciuilique prudentia in primis instructus. In Britanniam a Republica Genuensi, Philippo II. Hispaniarum Regi, & Mariæ uxori patriæ nomine gratulatum missus. A Pio IV. Pont. Max. cui Medicus inferuijt, Lunensis, & Sarzanensis Episcopus renunciatus, eiusdem Pontificis iussu Concilio Tridentino interfuit, ac propter doctrinam, & in Superos pietatem, acerrimamque contra hæreticos infectionem, inter S. R. E. Cardinales Presbyteros ab eodem Pio cooptatus anno 1565. post paucos vero menses defunctus, & vt erat vir frugi, sexaginta aureorum millia in numerata pecunia reliquit. Corpus in Ecclesia

S. Sabinæ, in patriam tamen transferendum,
conditum est cum hac sepulchrali inscriptione.

SIMONI PASQVÆ
VIRO OMNI DOCTRINA
PROBITATE
MORVM SVAVITATE ORNATISSIMO
S.R.E. PRESBYTERO CARDINALI S. SABINÆ.
QVI
ANNVM AGENS LXXII. MENS. X. DIES VII.
AN. SALVTIS MDLXV.
PRIDIE NONAS SEPTEMB.
RELICTO BONIS OMNIBVS
INCREDIBILI SVI DESIDERIO
AD MELIOREM VITAM COMMIGRAVIT.
GENVAM POST ANNVM
CVM MAIORIBVS SVIS
SEPELIENDVS TRANSLATVS.
STEPHANVS FRATER FRATRI GEMINO
FACIENDVM CVRAVIT.
ET OCTAVIANVS PASQVA
REFERENDARIVS APOSTOLICVS
FRATRIS FILIVS MOERENS

P.

Offa deinde Simonis Genuam translata,
maiorum sepulchro in templo S. Mariæ de Pa-
ce, apud Minores de Obseruantia extra Ge-
nuæ portam, quæ nuncupatur ab Arcu, illa-
ta sunt. Stephanus vero germanus frater Sa-

Ec

cel-

cellum, & Chorum elegantissimum, cum
marmoreo sepulchro construxit, eique hanc
inscriptionem affixit.

QVI DORMIUNT IN TERRÆ PVLVERE
EVIGILABUNT.

SIMONI GALEATII F. PASQVA
THEOLOGO ET PHILOSOPHO
ROMANA GRÆCAQVE FACVNDIA
CLARISSIMO

S. R. E. PRESB. CARD. S. SABINÆ

QVI

CVM PRÆCLARE DOMI FORISQVE
DE REPUB. MERITVS ESSET
ROMAM A PIO IV. PONT. MAX. ACCITVS
LVNENSIS PRIMVM EPISC. FACTVS
AC POST EGREGIE NAVATAM

DEI ECCLESIE

TRIDENTINO IN CONCILIO

OPERAM

IN AMPLISSIMVM ORDINEM

EST COOPTATVS.

VIRO INTEGERRIMO.

ET IN SVMMA GRAVITATE

IVCVNDISSIMO

STEPHANVS

FRATER GERMANVS MOERENS

P.

VIXIT ANNOS LXXII. MENSES X. DIES XVII.

OBIIT ROMÆ PRIDIE NONAS SEPTEMB.

M. D. LXV.

Pro

Pro Posteris mss. Simon reliquit

Relationem suæ Legationis Britannicæ.

Instructionem pro Patribus Concilij Tridentini.

De Podagra Opusculum. Extabat in Bibliotheca olim Ducis Urbini.

Consilium pro Immaculata Virginis Mariæ Conceptione, quo Sanctorum Patrum antiquorum, tum Græcorum, tum Latinorum sententiam in hac re exponit.

Contra Errores Græcorum Opusculum. Asservabatur olim in Bibliotheca Card. Sirleti.

Plura de Simone habent Ciaconius cum Auctarijs, Tom. 3. nouissimæ impressionis col. 962. Augustinus Oldoinus in Athenæo Romano, ac in Syllabo Scriptorum Ligurum. Ferdinandus Vghellus in Italia Sacra, Tom. 1, col. 923. & quotquot de S. R. E. Cardinalibus tractarunt.

Inter huius familiæ decora memoratur, ceteris omissis, Octavianus Pasqua, nostri Simonis Cardinalis ex fratre nepos, sub Pio V. ac Gregorio XIII. vtriusque Signaturæ Referendarius, mox Episcopus Hieracensis, eruditissimus vir, venerandæque antiquitatis diligens perscrutator, qui Episcoporum præde-

cessorum, summo studio expiscatus est memorias, eorundemque Catalogum concinnavit. Contextuit etiam seriem Rhegiensium Archiepiscoporum cum Elogijs, aliaque scripsisse fertur; quem laudibus exornant laudati Oldoinus, & Vghellus, ille in Athenæo Ligustico, iste in Italiae Sacrae Tom. 9. col. 552. Neque prætermittendus Julius Pasqua, nobilitatis tum suæ, cum aliorum studiosissimus; qui Tractatum de Familijs Patritijs Genuensibus, necnon Monumenta Comitum Lavinæ perbelle scripsit, ex eodem Augustino Oldoino in Syllabo Scriptorum Ligurum.

SIMON TEBALDI, Italus, Nobilis Romanus, Medicinæ, ac Philosophiæ suo tempore Doctor fulgentissimus, aliarumque bonarum artium disciplina, & virtutum multarum ornamentis decoratus, Summorumque Pontificum Nicolai V. & Calixti III. Medicus summus. Huius Simonis frater eluxit Jacobus Tebaldi, inter S. R. E. Cardinales adlectus. De hac familia pessime, modulo consueto, locutus est mendacissimus Garimbertus, in volumine inscripto La Prima Parte delle Vite, ouero Fatti Memorabili d'alcuni Papi, e di tutti i Cardinali passati, pag. 239.

336. Tamen Garimberto minime credendum, nam est scriptor dubiæ fidei, seu nullius, qui Pontifices, & Cardinales sæpe iniuste maledictis onerat, quapropter sui momoscopus æi nuncupatur. Sequentia, ad rem, sunt verba, quæ in Opere Ciaconiano Vitarum Pontificum, & Cardinalium, Tom. 2: postremæ editionis, col. 994. leguntur. *Jacobus Thebaldus, alias Theobaldus, civis Romanus, oriundus Oppido Collis Scipionis in Umbria, filius fuit Ventura, & Marci Thebaldi, qui iacet Roma in Templo S. Mariae ad Martyres, cum hac sepulchrali inscriptione.*

HIC IACET MARCVS DE THEBALDIS
GENITOR D. CARDINALIS S. ANASTASIE
AC D. SIMONIS

ALMÆ VRBIS CANCELLARII PRIMI.

OBIT AN. DO. MCCCCXIV.

IN DIE S. LVCIÆ.

In fratrem habuit Simonem, clarum illum cui Philosophum, ac Medicum Nicolai V. & Callisti III. Hieronymus Garimbertus, Iacobum Cardinalem Thebaldum ex plebeia familia; Ludovicus vero Iacobillus in Vitis Sanctorum Umbriae, & Dominis Collis Scipionis familia Rapazzona

natum voluit; nos tamen cum Cardinali Papiensi, Gobellino, Aubery, & alijs, Iacobum hunc Thebaldum Cardinalem S. Anastasie, nobilem Romanum diximus, & quidem recte, contra Garimbertum; nam Iacobum Thebaldum avum paternum Iacobi huiusce Cardinalis, Ciuem Romanum de Regione Trivij, mensibus Aprilis, Maij, & Iunij an. 1425. Comestabuli illius Regionis munere functum fuisse constat ex monumentis antiquis, & ex Registris Martini V. quod munus non nisi nobilibus Romanis committebatur, & quidem si nobili progenie natus non fuisset Iacobus Cardinalis, non bene sepulchralis inscriptio a carmine illo initium duceret.

Qui fuit Urbis honos generosa prole Thebalda. Non enim generosa dicitur progenies illa, que natales suos adhuc inter plebeios respicit; neque tam cito Thebalda arctam cognationem contraxissent cum familijs, generis claritudine in Urbe illustribus, videlicet, cum Crescentia, Capisucca, Astalla, de Valle, Cesarina, & Capiteferrea, si obscuri generis homo, ut scripsit Garimbertus, alioquin obrectator, Iacobus Cardinalis Thebaldus fuisset, qui Iuris Ciuilibus Doctor, Episcopus Montis Feretri, quare cognominatus Ferefranus, benignitate insignis, & semper bonorum

consiliorum sectator ; Spoletano Presidatus , hinc
 Perusina Vrbi , Romanorum Pontificum iussu pra-
 fuit . Mox Presbyteris Cardinalibus titulo S. A-
 nastasia adscriptus est a Callisto III. a quo & Ar-
 chiepiscopatum Neapolitanum post purpuram ob-
 tinuit , ut habetur in libris consistorialibus Vati-
 cana Bibliotheca &c. Obijt Roma die tertia , seu
 quarta mensis Septembris , anno 1466. hora de-
 cima sexta , & iacet sepultus in Aede S. Ma-
 ria super Mineruam sub lapide his versibus exa-
 rato , & ab auctore Nomenclatoris S. R. Eccle-
 siae Cardinalium desumptis .

Qui fuit Urbis homo generosa prole Thebaldus,
 Frigida marmoreo Iacobus tenet ossa sepulchro,
 Caesareas norat leges, Montisque Feretri
 Praesul erat, nullique fide, & pietate secundus.
 Pauperiem tollebat humo, clarisque saebat
 Ingenijs, iustique pater, moderator & æqui,
 Cuius virtutem admirans, animumque pudicum
 Cardineo Diuus decorauit honore Calistus.

QVI OBIIT ANNO CHRISTI

M. CD. LXVI.

DIE QVARTA MEN. SEPTEMBRIS

HORA DECIMA SEXTA .

In Opere Equitis Bartholomæi a Puteo Ve-
 ronensis , prænotato Ruolo Generale de' Ca-

ualieri Gerosolimitani della Ven: Lingua d' J-
talia, pag. 13. mentio facta est Fratris Anto-
nij Tebaldi Romani, Equitis S. Io: Baptistæ
Hicrosolymitani, an. 1446.



THADDÆVS COLLICOLA,
Jtalus, e Monte Sancto, Spo-
letanæ Diœcesis. Priusquam
Medicinæ facultatem attingeret, vtrique Iuri operam
nauauit. Legalibus studijs
mox derelictis, Medicinæ omnibus vacauit
horis, nec sine felici admodum euentu; sui
etenim seculi maximus Medicus, bonis om-
nibus, doctisque carus, Urbani VIII. Pont.
Max. Archiater emicans, Pontificis æque mu-
nificentiam expertus est, Vaticanæ Basilicæ
Canonicus renunciatus, ecclesiasticisque re-
ditibus alijs auctus permultis, ac in Roma-
na Academia, Suggestu cohonestatus. In
morbum fatis molestum denique incidit, con-
tractum, vt ipse aiebat, quod annis tot, plu-
ribus diei, noctisque horis, ante Papam pe-
dibus stetisset, ex quo obiit.

Eleganti calamo laudatur Thaddæus ab E-
quite Petro Franciscò Paoli in suis Carnini-
bus

bus Varijs, pag. mihi 223. A Carolo Carthario in Athenæo Romano ms. A Joanne Benedicto Sinibaldi in Epistola nuncupatoria libri 5. Geneanthropeix. A Petro Castello in Opere de Abufu Phlebotomiæ, pag. 16. Petrus Seruius, Thaddæo inscripsit Institutionum, quibus tyrones ad Medicinam informantur, Librum 3.

THADDÆVS FLORENTINVS, Medicus doctissimus, & summopere in pretio habitus, de quo scribit eruditus meus amicus Joannes Cinelli, in Historia ms. Scriptorum Florentinorum, *Taddeo Fiorentino nacque d'oscuro parenti, e visse fino in 30. anni sonnacchioso, e pigro, campando di vilissimi esercizi. Svegliatosi dipoi cominciò ad apparar i primi elementi delle Lettere, e andato a Bologna studio Filosofia, e Medicina, e diuenuto Lector di quello Studio, e Medico celebre era chiamato per tutta Italia con salario di 50. Fiorini d'oro il giorno. Chiamato dal Papa volse 200. Fiorini d'oro il dì, e guarito il Pontefice gli dono dieci mila Fiorini d'oro, quali tutti Taddeo essendo di buona vita spese in Chiese, e Spedali in Bologna oue morì d'80. anni nel 1303. Audi vero Joannem quoque Nicolaum Paschal: Alidosium in Vol.*

Ff

cuius

cuius epigraphæ, Li Dottori Forestieri, che in Bologna hanno letto Teologia, Filosofia, Medicina &c. pag. 77. *Taddeo d' Alderotto da Fiorenza, del 1263. detto il Bologna, perche vi abitò sin' alla morte, che fù del 1299. Testò l'anno auanti. Fu Medico di Papa Onorio IV. in una sua malattia, e sino che durò detta malattia gli diede cento Fiorini il giorno, e come fu guarito glie ne donò dieci mila.* Joannes Andreas Quenstedt, in Dialogo de Patrijs Illustrium Doctrina, & Scriptis Virorum, pag. 312. ita scribit. *Thaddæus de Florentia, qui omnium in primis inter Latinos subtilioris Philosophiæ notitiam cum artis Medicæ professione conrinxit, & præterea ipsemet Medicinam felicissime & cum incredibili lucro fecit.* Alij dixerunt, quod avaritiæ magis, quam Medicinæ operam daret: alijque aiunt, pessime omnium Medicorum audiebat Thaddæus avaritiæ nomine.

De eo insuper Andreas Tiraquellus in Nomenclatura Medicorum, pag. mihi 146. Author Vitarum Pontificum, & Cardinalium, Tom. 2. nouissimæ editionis, in vita Honorij IV. col. 247. Joannes Tarcagnota, Historie del Mondo, par. 4. lib. quinquagesimo quinto,

to, pag. mihi 153. **Jacobus Philippus Bergo-**
mensis, Cronic. lib. 13. pag. mihi 320. a ter-
 go, & alij permulti. Scripsit **Thaddæus ex**
Joan. Anton. Vander Linden.

Expositiones in arduum Aphorismorum Hip-
ocraticis volumen. In diuinum Prognosticorum
Hippocratis librum. In præclarum Regiminis acu-
torum Hippocratis Opus. In subtilissimum Ioan-
nitiij Isagogarum libellum. Ioan. Bapt. Nicollini
Salodienfis opera in lucem emissas. Venetijs. Apud
Luc. Antonium Iuntam. 1527. in fol.

In Cl. Galeni Artem Paruam Commentaria
Neapoli. 1522. in fol.

THOMAS CADIMVS TVS, Belga, Leo-
 diensis. Post absolutum domi humaniorum
 studiorum cursum, Louanij Philosophiæ, Me-
 dicinæque annos plures operam (segnitiem
 fugiens) dedit. Doctoris obtenta laurea, Ro-
 mam venit, & inter vtilissimos, doctissimos-
 que Medicinæ professores locum affecutus fuit.
 Exitit Secretarius Apostolicus, Medicusque
 Pauli III. Sum. Pont. vt exploratum habeo ex
 sepulchro, ac memoria incisa Romæ in Eccle-
 sia S. Mariæ de Populo ad Portam Flaminiam,
 relata a Gaspare Aluero in Opere, Roma in
 ogni stato, Parte Seconda, pag. 20. En tenor.

THOMÆ CADIMVSTO
SECRETARIO APOSTOLICO
PAVLI III. PONT. MAX. MEDICO
VIRTUTE PROBITATE ET MORIBVS
INTEGERRIMO.

IOANNES BAPTISTA CADIMVSTVS B. M.
VIXIT AN. LXIV. ET MENSES IV.
OBIIT QVARTO IDVS FEB.
M. D. XLVIII.

TIBERIVS PALELLA, Jtalus, Sabinus,
Artium, & Medicinæ Doctor, qui omni co-
nato maiori studijs incumbens, eo peruenit,
vt ne dum theoreticus, sed practicus eximius
euaferit. Præstabat plantarum notitia, erat-
que optimis, atque doctissimis viris apprimè
deditus, & quotquot sua ætate virtutis, &
eruditionis famam habebant vsu, amicitiaque
comprehenderat. In libro Statutorum Medi-
corum Collegij Almæ Urbis, pag. mihi 107.
dicitur Pauli III. Pont. Max. Medicus. Me-
dicus planè integer vitæ, pauperum iuxta ac
diuitum salutis in primis amans, mini-
meque appetens alieni, æquita-
tisque iugiter diligen-
tissimus cul-
tor.



VICTORIVS MEROLLI,
Protonotarius Apostolicus,
Pauli V. Sum. Pont. Medi-
cus, a Prospero Martiano,
Supremus nuncupatus Me-
dicinæ arbiter, in opusculo,

prænotato Breuis Annotatio Super Expositio-
nem Aphorismi Concocta Medicari Marsilij
Cagnati &c. Eideoque dicauit Prosper li-
brum, cuius titulus in Hippocratis Aphorism-
um 22. Sectionis primæ Expositio &c. Phi-
losophiæ quidem, ac Medicinæ animus ita
Victorius applicuit, vt præstantissimum sibi
nomen vindicauerit, non solum ob scientia-
rum cumulum, sed etiam ob vitæ integrita-
tem, & in pertractandis negocijs dexterita-
tem maximam. Omnino Pontifici, Roma-
næque Aulæ se amabilem reddidit, reddidit-
que se dignum consecutis muneribus, & præ-
conijs

VINCENTIVS ALSARIVS CRVCIVS,
Italus, Ligor, quem Roma in Ciuem suum
adsciuit, & Gregorius XV. Pont. Max. in
Medicum, merito sane, rei Medicæ etenim,
ac Philosophiæ scientissimus erat. Medicinam
publice, & laudabiliter, præsertim in Rôma-

nō Archigymnasio viginti, & amplius annis, mira facundia, eruditioneque docuit, atque in quibuscunque morborum generibus medendis, sanandisque, omni solertia, ac diligentia cum omnibus utebatur. Semper in ore habebat (eximia namque in eo pietas elucebat) in primis memores esse Medicos oportere, cum primum dignitatem Doctoris adepti sunt, pauperum eam se gratis habituros iureiurando pollicitos fuisse: quamobrem egestate æque ac ægritudine pressos exquirens, sine vlla mercede curabat, imo pecuniam illis distribuebat; omniumque ordinum Medicos passim ad hoc peragendum, non tantum exemplo, quam acri, ac vehementi oratione incitabat. Iure itaque Vincentium commendatum legi hisce verbis: *Tu de omnibus Vincenti optime meritus es; tu opem indigentibus, salutemque tulisti: Commendant insuper tantum virum Leo Allatius in Apibus Vrbanis, & Augustinus Oldoinus in Athenæo Ligustico, & alij apud eosdem.* Scripsit, ediditque.

Opus de Inuidia, & Fascino Veterum. Luca. Ephemeridum, hoc est diuturnarum observationum libros duos. Bononia.

De Epilepsia, seu Comitiali Morbo Lektionen Bononienses lib. 3. Venetijs. 1603. Apud Danielem Zannetum in 4.

Consilium de Asthmate pro Bonifacio Cardinali Caietano.

Disputationem de Melonibus Hieronymi Rubei Rauennatis, cum Epistolis quibusdam eiusdem Vincentij, & aliorum, ad Cardinalem Gypsum. Venetijs.

Consilium de varijs Symptomatibus in Principibus illustrissimis, ad Hieronymum Mercurialem. Venetijs.

De Verme admirando per nares egresso Commentariolum. Rauenna. 1610. Apud heredes Petri Ioannelli in 4.

De Sugillatione, quam Greci, *καταρρα*, idest sub oculis vocant.

Consilium de Catarrho. Rauenna.

Dissertationem de Salis, ac Salitorum vsu in febribus.

Prefationem de Medicina Practica Laudibus. Roma.

Prefationem in Romano Gymnasio habitam die septima Nouemb. 1612.

De Morbis Capitis frequentioribus, hoc est de Catarrho, Phrenitide, Letargho, Epilepsia lib. 7.

Inferia est Disputatio de Liquore Calcantibi, seu Vitrioli, eiusque abusu in febrium, & morborum calidorum curatione. Romæ. Apud Facciottum 1617. in 4.

De Quæsitis per Epistolam in Arte Medica Centurias. Venetijs. Apud Inntas. 1622. in fol.

De Morbis Pectoris frequentioribus, Hemoptysi, Physi, Asthmate, Peripneumonia, Pleuriti- de, lib. 3. Editus vero est primus tantum Romæ, apud Facciottum.

Disputationem Generalem ad Historiam Fæ- tus nonimestris quidem, & organici, sed emor- tui, ac parvæ adeo molis, ut vix quadrimestris fuerit æstimatus. Romæ. Typis Gulielmi Fac- ciotti. 1627. in 4.

Consultationem Medicam pro nobili adolescen- tulo, surditate secundum alteram aurem, subsur- ditate, & obauditione ex cinnitu secundum oppo- sitam, nempe sinistram laborante. Romæ. Apud Facciottum. 1629. in 4.

Consilium Prophylacticum a lue pestifera gras- sante, pro Principe Francisco Columna. Romæ. Apud Facciottum. 1631. in 4.

Vesuntium Ardentem, sive Exercitationem Medico-physicam ad prævidendum, id est motum & in-

celandium Vesuviij Montis in Campania 16. *Mensis Decemb.* 1631. *lib: 2. Roma. Apud Facciosum.* 1632. in 4

Providenza Metodica per preservarsi dall' imminente peste, Discorso Pratico, oue sono Rimediij preservatiui, e curatiui ancora, cauati col mezzo di Scopi Metodici dalla Cirugia, Farmacia, e Dieta, per comune intelligenza di tutti in lingua volgare. In Roma. App. Paolo Masotti. 1630. in 4.

Reliquit in obitu mss. partim incohata, partim non dum perpolita infrascripta *Opera Consultationum Variarum Tom. 1.*

Ad Lucretij libros de Natura Commentarium Iatro-Physicum.

In Hippocraticam faciem Commentarium Iatro-physio-gnomonicum.

Librum Apologeticum, in quo Author cunctis penitus omissis diæterijs, ac lædorijs, que de aliorum fama detrahant, se tantummodo, sueque modestissime tuetur, & expiat, tam in re medica, quam extra.

De Morbis Ventris. Opus, quod promittebat in Literis præmissis Libro De Hemiphtysi.

VRSVS, Nicolai I. Sum. Pont. Medicus

& domesticus, S.R.E. etiam Subdiaconus. Constat hoc mihi ex peruetusto ms. in Bibliotheca Vaticana, numero 5696. fol. 184. a me lustrato, cuius author est Anastasius Abbas, & inscribitur his verbis. *Urso Ven. Subdiacono S.R.E. seu Medico, & Domestico Domini Nostri Pape Nicolai, Anastasius exiguus Abbas Monasterij S. Dei Genitricis Marie Virg. sibi Transiberim, ubi olim circa Domini Natiuitatem Fons Olei fluxit. &c.* Memoraturque a Florauante Martinello in Opere, Roma ex Ethnica Sacra, pag. mihi 414. nec aliam de antiquissimo hoc Medico cognitionem assequutus sum.

LAVS DEO, BEATÆQUE MARIÆ VIRGINI,
AC DIVO STEPHANO PONT. ET MART.

Si nobis denegatur diu viuere, saltem
aliquid relinquamus, quo
nos vixisse testemur.

INDEX ALPHABETICVS
COGNOMINVM
ARCHIATRORVM PONTIFICVM?

A

Aichspadius. Petrus.
- Alfarius. Vincentius. 229
- de Angelis. Iulius.
Antracius. Franciscus.
Ioannes.
ex Arena. Ludouicus.
Atratus. Hugo.

B

- Baccius. Andreas.
Baglioni. Augustinus.
- Baldi. Baldus. 41
Baldinus. Ioannes Iacobus.
Balduccius. Innocentius.
de Balduinis. Balduinus.
- Barba. Pompeius.
Bianchi. Ioannes Andreas.
Bodier. Ioannes.
Bonacofius. Iacobus.
Bonauentura. Iacobus.
Brumanus. Sigismundus.
Buoninsegni. Anthonius.
Burgius. Ioannes.

C

Cadri. Iustus. Thom's.
- Caimus. Pompeius. 194
Calcagni. Elitens.
Camerinensis. Angelus.
Cananus. Ioannes Baptista.
Caneuarius. Demetrius.
Casinus. Franciscus.
Franciscus alter.

Ioannes.

Cassinus. Modestinus.
Castellanus. Bernardinus.
de Cauliaco. Guido.
Cibbo. Andreas.
Clemens. Cinthius.
Clementinus. Clementinus.
- Collicola. Siluester.
Thaddzus. 224

Columbus. Franciscus.
Contugius. Petrus Ant-
nius.
Cordella. Hieronymus.
a Cordo. Simon.
Crucius. Vincentius.
Curtius. Mattheus.

D

Dandinus. Franciscus.
- Durantes. Castor.

E

Emanuelis. Ioannes Franci-
scus.
de Espinosa. Alexander.

F

Ferrus. Alphonfus.
Floccus. Sanctes.
Florentinus. Thaddzus.
de Fonseca. Gabriel. 79
Frigimelica. Franciscus.
Fulcus. Placidus.

G

Gambarana. Ioffredus.

Ga-

Gamuccius. Andreas.
 Ioannes.
 del Garbo. Dinus.
 Garzonius. Bernardus.
 Gentilis. Gentilis.
 Gottifredus. Iacobus.
 - Gymnasium. Franciscus. 75
 H
 de Honuphrijs. Honuphri-
 us. I
 Iouius. Paulus.
 L
 Lancillottus. Horatius.
 Scipio.
 Lancifus. Ioannes Maria.
 Leoninus. Angelus.
 Leonius. Petrus.
 de Lignamine. Ioannes Phi-
 lippus.
 M
 Maggus. Bartholomæus.
 Malpighius. Marcellus.
 Mancinus. Iulius.
 Manouelli. Ioannes Fran-
 ciscus.
 Marenci. Ioannes Franciscus.
 Marfella. Iulius Cæsar.
 Masinus. Nicolaus.
 Mediarora. Ludouicus.
 Mercatus. Michael.
 Merolli. Victorius.
 N
 - Naldus. Matthias.
 de Nursia. Benediclus.
 P
 Palella. Tiberius.
 Pasqua. Simon.
 Petronius. Alex. Traianus.

Peerutius. Antonius.
 Pintor. Petrus.
 de Pisis. Bartholomæus.
 Portus. Antonius.
 Prouenzalis. Hieronymus. 90 14
 R
 Ricchi. Augustinus.
 - Rita. Benediclus. 49
 Rauerella. Laurentius.
 Rubcus. Hieronymus.
 S
 - Salustorius. Floridus.
 Saluanus. Hopytas.
 Santucius. Franciscus.
 Scarampus. Ludouicus.
 Seriuus. Ioannes Baptista.
 Seronus. Ioannes.
 Sella. Hieronymus.
 Siculus. Ferdinandus.
 Siueltrius. Rudolphus.
 Speronius. Bernardinus.
 Spezioli. Romulus. 202
 T
 Tebaldi. Simon.
 Tiracorda. Ioannes.
 Torrella. Gaspar.
 - Tozzius. Lucas. 147
 Tutinus. Andreas.
 Tuti. Archangelus.
 V
 Varolius. Constantius.
 Verallus. Ioannes Baptista.
 Veronensis. Christophorus.
 Veteranus. Sebastianus.
 Z
 Zaochias. Paulus.
 Zecchius. Ioannes.
 Zeffiri. Siluius.

161

Nucchavini Medico di Bern. XIII. e Innesco. XIII
Lancisi Medico di Clero. XI letter di Sapienza
Pavli di Clero. XI. letter di Sapienza
Pbiato! ayelli di Innesco XIII. e Vitalini
Gennaro Giordani di Bern. XIII. orpici
Agroti di Clero XII.
Agroti di Bern. XIV
Laurani di Bern. XIV
Zanetini di Clero. XIII. Razonico 1758

Michelangioli è Lettera della Sapienza



